14

ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ ΕΛΛΗΝΙΚΑΙ.

ADAGIA
SIVE
PROVERBIA GRAECORVM

EX

ZENOBIO seu ZENODOTO

DIOGENIANO &

SVIDAE COLLECTANEIS.

Partim edita nunc primùm, partim Latinè reddita,

SCHOLIISQVE parallelis illustrata,

ab ANDREA SCHOTTO *Antuerpiano*, *Soc.* IESV *Presbytero*.



ANTVERPIAE,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

cIↃ. IↃC. XII.

Superiorum permissu.

V. C.

SCIPIONI COBELLVCIO

PAVLI V. PONT. MAX. A SECRETIS

AND. SCHOTTVS ANTVERP.
SOCIETATIS IESV SACERDOS.



Emoria teneo, Cobellvci, sermones inter nos habitos Romæ de studiis litterarum: quærere adhæc solitos cum priscis illis Philosophis, præstantioráne sint ac firmiora præsentes inter, an absentes, Amicitiæ iura? Cùm præsentium magis ipse laudares, qua vales eloquentia atque doctrina; ego verò oculorum laborans imbecillitate, cælum illud non satis eis clemens cum patrio mutare solo coactus, absentium quoque in amando fidem, amoremque commendabam. Didici mox reapse absentium desiderium, vt magis indies crescere, sic & intendi Amicitiam, quæ apud præsentes nimia sæpenumerò familiaritate languesceret, atque adeò nata interdum rixa, dissueretur. Tametsi veteres quosdam contrà sensisse ne Tu quidem,

 quem

quem nihil fugit, ignoras. Nam & in Nicomachiis de vita & moribus præceptionibus Aristoteles, locorum interuallo, etsi officia interrumpi sæpè contingat, non dirimi tamen ait Amicitiam legitimè, hoc est, morum voluntatumque consensu initam. Vetusque adeò Græcorum Prouerbium iactatum: Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι.

Poëta quoque, Latinorum Callimachus, Sex. Propertius:

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Quam ego sententiam vsu edoctus cum Athenæo Dipnosophista μιξανθρωποτάτην, & Timone quàm homine magis dignam semper existimaui. Sentio enim, & præ me fero, dum litteras abs Te Romæ datas, veteris nostræ necessitudinis symbola identidem accipio, incredibili me lætitia perfundi, ac veluti amoris mutui pignora exosculari. Quin & vsuvenire libenter profiteor, vt qua voluptate affici consueuerũt, qui è simultate aut iurgio in gratiam redeunt (Amantium enim iræ amoris est redintegratio) eâdem ipse frequenter afficiar, dum ex interuallo à Velseris illustribus viris, Pontanis & Raderis Sociis, ac Pantinis, communibus amicis, eruditis hominibus, litterę, vt fidei testes & memoriæ arrhabones redduntur: & quidem maiorem longè delectationem sentio, quàm si coràm agendo, nato, vt fieri amat, è nimia familiaritate contemtu, Rixa & Gratia vicissitudine quadam alternentur. Dum enim vltrò citroque & alloquia consiliaque ambulant, & officia; exspectatione ipsa ac votis alitur foueturque amor Amicitiæ. Faces agitatæ flammam vomunt vberiorem; sic & mutuis crescit alloquiis Amicitia: quæ & ipsa longa nimis ἀπροσηγορία, vt idem asserit Philosophus, plerumque dissoluitur: vt bona nomina mala interdum fieri, si numquam interpelles, Alfenus fenerator aiebat.

Profi-

Proficiſcetur itaque ad Te, COBELLVCI, mentis interpres vox mea his tabulis conſignata, quæ cum abſente etiam verba facient: quandoquidem liberalitate tua è Vaticana Pontificis PAVLI V. verè Maximi Bibliotheca ſuppeditaſti *Prouerbia Græcorum è Zenobio & Diogeniano Heracleote Pontico*, hactenus in-edito; comparata iuſſu tuo atque impenſis, cum exaratis calamo membranis; addita etiam lauta acceſſione Prouerbiorum: quam cur Plutarcho adſcribat Deſiderius nondum equidem intelligere potui. Hæc denuò noſtra vigilia atq; induſtria Latinè vtcumque reddita, Scholiiſq; perpetuis explicata, typis denique Plantinianis illuſtrata, ad Te reuertuntur, & ex formula antiqua, Tibi, SCIPIO LIB. MER. DO, DICO, ADDICO; de nota meliore, vt exſtet ad poſteros meæ erga Te obſeruantiæ, amoriſque inter nos mutui teſtimonium, vt opto & ſpero, ſempiternum: cognoſcantque laudandarum artium ſtudioſi, vt SCHOTTVM vel abſentem Romani adamant, quem aliquãdo vtramque linguam de ſuperiore locò interpretantem, & Oratorum principum Philippicas committentem attentè audierunt; ſic colere eum viciſſim, & in oculis grata memoria ferre æternam Vrbem, Religionis Maiorum caput ſedémque;

Terrarum Deam, Gentiumq; ROMAM.

Quid verò ipſe præſtiterim, certè voluerim, Tu, tuíque ſimiles, hoc eſt viri doctiſſimi, de plano pronuntiabunt: quibus mea ſanè libentiùs offero, quàm illitteratis hominibus, tametſi fumoſis maiorum imaginibus tumeant. In interpretando perſpicuitati potiſſimùm nauata eſt opera, ac dignitatis Latini ſermonis, cultúſque habita ratio. Nunc enim experimento magis magíſque comperi, (de quo & Tullianarum Quæſtionum libro IV. nuper diſſerui, & in Photij CP.

μυελοβίβλῳ Latinè reddendo, in tot & tantorum Scriptorum ſtylíque varietate ſatis apparet) quàm difficili ac lubrico in loco eorum verſetur induſtria, qui Græca Latinè reddunt, vt pauciſſimi ſanè ex omni multitudine ad hanc diem, qui perfecti munus Interpretis vſquequaque impleant, reperiantur: tum verò PROVERBIA GRAECORVM Latina facere, id demum longè eſſe difficillimum obſeruaui. Cauſſę in promtu. Primùm, quòd Parœmię florem habeant medullámque Sapientiæ: ſintque, (vt apud Syneſium Epiſcopum in Caluicij laude, Ariſtoteles Peripateticæ princeps ſcholæ teſtatum reliquit) PROVERBIA, hoc eſt ſermo dignitate & antiquitate commendatus, omnis Philoſophiæ poſt ingentem hominum cladem amiſſæ quædam quaſi reliquiæ, quæ commodo, vtilitate, dextráque operâ veluti per manus traditæ perpetuò ſeruatæ perdurant. Deinde, quòd αἰνιγματῶδες quid contineant, ſintque vt popularia vulgíque vſu trita, ſic & inuenta acutè, & venuſtè atque oportunè adhibita. Definitur itaque à Græcis hominibus, vt meliùs Tu noſti, Παροιμία, λόγος ἐπικαλύπτων τὸ σαφὲς ἀσαφείᾳ: vt ſingulorum origo *Prouerbiorum* progreſſionéſque cognoſci ægrè atque explicari queant; nec eodem adhiberi modo ab omnibus ſoleant. Quæ cùm ita ſint, in eam ſpem veni, fore vt eruditos homines paullò mihi æquiores experiar, eos præſertim, qui in hac ipſa palæſtra aliquando deſudarunt, aut hoc decurrere ſtadium, quò vires ipſi ſuas periclitentur, decreuerunt. Indoctas enim maledicorum huius ęui calumnias nihil equidem moror. μωμήσεται γάρ τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Suas ſibi res habere potiùs repudij libello iubeo: & hoc agens, atque ab his ſacris profanum arcens vulgus, accinam ad aures, cum Orpheo vate, apud Clementem Alex. ac B. Cyrillum in Iulianum

φθέγ-

παραβάτην : aut cum Pythagora illo Samio, apud Stobæum:

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Fas quibus alta canam: procul hinc, procul este profani.

Hæc autem veluti prolusus nobis sint, ad S. Scripturæ *Prouerbia* velut ex vberrimo ſcientiarum fonte ſeligenda, & ad eadem hinc exterorum Gentiúmque ſcriptis illuſtranda: quod inchoauit olim veriùs quàm perfecit Polydorus Vrbinas, tentarúntque memoria noſtra non pauci. Et verò ampliſſimus hodie campus aperitur, edito nuper in manúſque tradito Græcè, in Gallia, Germania, atque adeò Orbe penè diuiſa Britannia, diſertiſſimo ſanctorum Patrum Iohanne aurei verè oris *Chryſoſtomo*: ex quo, vt nuper *Similitudinum* opus ab Alardo, ſic & *Prouerbiorum* læta nunc colligi ſeges queat. Sed Deſiderius, inquies, tuis iampridem luminibus obſtruxit. Minimè verò: optandum ſanè, ſi quid votis proficeretur, Græcorum hanc, quam foras bono damus publico, τὴν ξυναγωγὴν τῶν Παροιμιογράφων, *Zenobium*, quem *Zenodotum* ille nominat, ac *Diogenianum*, qua erat in interpretando felicitate, vertiſſet: næ ille magno nos pondere (fatebor enim) ſubleuaſſet, nec tædij tantum abſorbendum fuiſſet. Verùm enimuerò venturum ſpero aliquando φιλόπονόν τε καὶ φιλόλογον, qui in *Chiliadas Eraſmi* accuratiùs paullò anquirens, turbidos illos riuulos ad puros hoſce fontes ſurſum verſus reuocando, longè quàm ad hanc diem edat meliores: vt nulla animi perturbatione, ſed Veritatis vi adducti, ab illo diſcedere non rarò ſimus compulſi: nobiſque debebit gratiam aliquam prudens Lector ſecta iam glacie, feneſtráque patefacta, via denique planiore litteris interioribus munita, dum veluti digitum in fontes, quod aiunt, intendimus. Tibi verò primario viro,

& om-

& omni doctrinæ genere circumfluenti, si hunc meum laborem probauero, pretium fecisse operæ videar: & si quem fortè ex his fructum posteritas colliget, cupio quidem certè, eum Tibi magnam partem acceptum referri volo. Probari enim mea abs te laudato viro laudabile in primis duco, votísque optandum. Vale in Domino, & hæc tenuia licet æqui boni faciens, Societatem nostram, quo soles amore, complectere. Sic benè Tibi euenire omnia Deum venerans precor. Antuerpiæ, Kal. Septemb. M. DC. XI.



ANDREAS SCHOTTVS LECTORI S.



E ACTVM, *quod Prouerbio vetamur, egisse, Lector, videar, consilij nostri reddenda ratio est, (vt otij in negotio constare oportere censuit in Originibus M. Cato) editis iam à nobis* PROVERBIIS *è Græcorum potissimùm fontibus, post tot tantosque litterarum Heroas, Desiderios, Polydoros, Junios, ac Brassicanos, velut ex equo Troiano prodeuntes: quales vix singulos singulæ ætates ferant. Verùm si quis nostri laboris arbiter sedens, aliorum fortè inspexerit diligenter hoc in genere lucubrationes, nostrum sanè conatum, vt spero, non vsquequaque fastidiet: quòd, quæ primùm edi ab illis, qui antecesserunt, oportuit Græca volumina, vnde sua magnam partem hauserant, si ea minimè iacere ac latere perpetuò sum passus, nemo iure reprehendere queat; fauere potiùs debeat, quòd ex abditis ac publicis eruere bibliothecis in lucemque proferre etiam* ἀνέκδοτα *sum aggressus:* ZENOBIVM *inquam, seu* Zenodotum, DIOGENIANVM, *ad hunc diem ineditum: item* VATICANAM APPENDICEM *(quam sine argumento, nulloque auctore Erasmus* Plutarchi Collectanea *passim appellat) typis quoque nondum editam. Tum è* Suidæ Collectaneis *allata ordine omnia: in cuius Scholiis ex Hesychio* Adagia *collegimus, (quæ, vt ipse præfando testatur, è breuibus illis* Diogeniani, *vberiùs concinnat:) & suis quæque locis opportunè inseruimus. His accessio facta non pœnitenda Græcorum Prouerbiorum, cùm & Stromateus Ios. Scaligeri Græcis versibus contextus, & tertiùm iam in Gallia Græcè editus, ceteris subijcitur. Quæ* Metrica Prouerbia, *quò rudioribus obsequerer, moremq. Typographo gererem, totidem Latinis versibus, eodemque metri genere, Epico, Iambico, ac Trochaico, quoad fieri eius à me potuit, fideliter post Erasmi ac Fed. Morelli Regij Professoris interpretationem reddere tentaui. Quid sim assecutus, vel secutus potiùs, tuum erit iudicium. Abundè erit si fidem tibi probauero, qui Poëtæ nomen numquam affectarim: lampade aliis tradita, lauream inuidens nemini. Certè spes est æquiores mihi fore iudices, qui nihil hoc interpretandi genere difficilius esse, vel vsu animaduerterint ipsi, vel in eâdem arena decertarint: cùm ne Homerum quidem Poëtarum principem*

** recen-

recentiorum quisquam totidem Latinè versibus reddere ad hăc diem voluerit: etsi Hesiodum Vlpius Frisius, & Musæi παίγνια And. Papius tentarint.

Et verò nihil meum hunc conatum, eorum qui ante me Prouerbia diligenter è Græcis Latinisque auctoribus collegere, infringere debuit industria: quòd summum ac perfectum id demum esse videatur, cui addi amplius nihil possit. Prouerbiorum verò infinita quædam est atque innumerabilis omnium pænè gentium ratione & oratione vtentium copia. Quin itaque crescere hæc indies silua Adagiorum legendo commentandoque queat, nemo, nisi admodum in litteris hospes, infitiabitur. At ne Aristotelem quidem (vt Græcos in hoc argumenti genere potissimùm, ac Paræmiographorum principem nominem) in Philosophia deterruit à scribendo Platonis amplitudo; nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia, aureumque dicendi flumen, ceterorum æqualium studia restinxit. Nam in Poëtis non vni Homero locus est in Heroïcis; aut Sophocli vel Euripidi in Tragicis; aut in Lyricis Pindaro vel Alcæo; sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Post Demosthenem verò, eiusque aduersarium Æschinem, atque Isocratem, alij multi clari ad decem vsque in Græcia Oratores exstiterunt anteà, nec posteà defecerunt. Neque solùm ab optimis studiis, iisdemque premendis vestigiis excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se ab artibus suis remouerunt: cùm post Apellem, post Parrhasium & Zeuxen pictores alij exstiterint in suo quique genere insignes: quorum tanta ad hanc diem multitudo, vt cùm summos artifices meritò admiremur, inferiores tamen non improbemus. Tantum verò abest, vt hoc mihi sumam aut arrogem, non vereri me, ne quis Adagiorum spicas à tergo legat; vt omnes etiam obtester Philologos, quæ à nobis, in argumento propè infinito, sunt relicta, (relicta autem, fateor, plurima) ea vt pro sua quisque virili studiorum incredibili commodo, bonoque litterarum publico, ornatum indies macteque auctum eat.

Exposui adhuc cur post alios demum hoc Prouerbiorum argumentum non satis vnquam pro dignitate tractatum è Græcis fontibus susceperim illustrandum: venio nunc ad rem ipsam, qua de agitur, propiùs: de PROVERBIORVM definitione, diuisione, atque vsu. Hinc ad veteres Paræmiographos qui interciderunt: ad eos denique, quos in præsens foras damus.

Hebræi qui in disciplinis omnium sunt antiquissimi, Parabolas, ad quas Parœmiæ pertinent, primi tractarunt: vt sapientissimus Salomon, primum de tribus opus Prouerbia inscripsit, Hebræis משלי Misle, à verbo משל Masal. Pòst etiam ex Heb. Rabinis Ben-Siræ quædam exstant Prouerbia Hebraica, sed è Talmudicis potissimùm rei non magnæ scriptis Misna, &

Gema-

Gemara: *quæ sententiæ potiùs sunt acutè antithesibus ornatæ, ad vitam moresque formandos vtiles, quàm* Adagia, *hoc est, vulgo trita dicta. Sunt autem generis vice* Parabolæ, *vt ab Allegoria, & Tralatione seu Metaphora, obscuritatis nomine, deriuatæ. Græci* Παροιμίας *dixere vulgi sermone vsurpata, quæque in ore sint omnium propè gentium, sed sua dialecto vtentium. Ea appellant Latini* Prouerbia, & Adagia, *seu* Adagiones. *Verùm* Prouerbij *voce magis est Tullius delectatus;* Adagij *M. Varro, togatorum doctissimus; quod* ambagium, *quasi circumagium interpretatur. De his etsi* ἐν τοῖς παροιμιακοῖς *copiosè disseruit Mich. Apostolius, non ille Basileæ editus, sed hoc duplo amplior typis propediem euulgandus; & in Chiliadum limine Desiderius; adferam tamen illis intacta, è Græcis potissimùm Scriptoribus, ad auctores, quos edimus, Græcos Paræmiarum. Hi* Paræmiam *definiunt* sermonem obscuritate rem claram tegentem. *Beda Presbyter lib. de Tropis S. Scripturæ, Donatum credo secutus, ita:* Παροιμία est accommodatum rebus temporibusque Prouerbium. *Adiicit Diomedes alter Grammaticus:* cùm aliud significatur, quàm dicitur. *Nondum tamen plena definitio. Chiliastes itaque Batauus:* Paræmia, *inquit,* est celebre dictum scitâ quapiam nouitate insigne. *Duplex autem est Christianis hominibus.* Paræmiæ *enim* ἡ δημώδεις *(vt Diogenianus suas inscripsit)* ἡ ἱερά. *Altera enim externa, popularis, ac vulgaris est; sacra altera, & Ecclesiasticorum propria. Vulgarem quidem Paræmiam, seu profanam Basilius, verè Magnus, principio Prouerbiorum Salomonis definit* ῥῆμα παρόδιον τετριμμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν πολλῶν, καὶ ἀπὸ ὀλίγων ἐπὶ πλείονα ὅμοια μεταληφθῆναι δυνάμενον. Verbum viale, vulgi vsu tritũ, quod à paucis ad plura similia transferri commodè queat. *Respexit nimirum ad Paræmiæ etymon, Græcis enim* οἶμος *via est,* ὥσπερ τρίμμα καὶ παρόδιον, *quomodo Varro, vt diximus,* Adagium *quasi* ambagium *deriuat.* αἶνος *verò aliud est Theoni Sophistæ in Progymnasmatis, & in Lexico Ammonij, siue Herennij Philonis, pro* Apologo, *quales Phrygij fabulatoris, & Hesiodi de luscinia atque accipitre: quò fabularum originem M. Fabius retulit. Sacra verò Paræmia eidem Basilio definitur,* λόγος ὠφέλιμος μετ' ἐπικρύψεως μετρίας ἐκδεδομένος. πολὺ μὲν τὸ αὐτόθεν χρήσιμον περιέχων· πολλὴν δὲ καὶ ἐν τῷ βάθει τὴν διάνοιαν συγκαλύπτων. sermo vtilis moderata cum obscuritate editus, multum quidem per se vtilitatis continens, multum verò etiam in recessu intelligentiæ recondens. *De qua nihil equidem in præsens agam, sed Lectorem ad Prouerbiorum Salomonis interpretes, priscos, recentesque allego, vt ad Catenam Græcorum Patrum Theod. Peltano Interprete, typis breui edendam;*

quæque copiosè, vt omnia, Alph. Salmeron, Societatis nostræ insignis Theologus, ad Euangelicas Parabolas Tomo VII. *disseruit, & nuper Mart. Delrio collega quondam & ciuis, in* Adagialia sacra, *cœpta edi Lugduni, quo tempore hæc Græcorum* Prouerbia *Latinitate & luce donabam. ipsius enim alterum propediem Tomum exspectamus. Clemens autem Alexādrinus, Stromateo sexto, (vt & Iustinus Martyr ac Philosophus, siue quis alius auctor est Quæstionum ac Responsionum, Quæst.*LX.) PARABOLAM *esse ait* orationem ab improprio, sed quod proprij ac veri similitudinem præ se ferat, ad id quod verum ac proprium est, intelligentem deducens. *Quæ descriptio veriùs est, & Apologo etiam conueniat. Addit idem* à Barbarica Philosophia, *hoc est Hebræis*, Prophetiæ speciem subiici Parœmiam, itemque Parabolam atque Ænigma. *Græci verò primùm Hebræos* Barbaros, *vt hic, ceterasque adeò gentes nominarunt; vt Amelius, Plotini auditor, Philosophus Platonicus, Ioannem Euāgelistam: quod obseruatum è Cyrilli lib.* VIII. *contra Iulianum* παραβάτην, *& Origene lib. contra Celsum, & Iamblicho, à Iunio lib.* IIII. *Animaduersorum, cap.* XXV. *Pòst etiam Græcos ipsos bello victos Romani rerum summa potiti, auctore Sex. Pompeio*, Barbaros *pleno ore appellarunt. Quòd autem doctus Theologus Clementis hunc locum ita studet interpolare, vt transpositis vocibus Parabolæ Parœmia succedat, nihil necesse est: quandoquidem, quod nec ipse infitiatur, confundi hæc interdum ac permisceri, vt formæ generibus, soleant. Tertius Græcorum testimonium dicet Synesius, Cyrenes in Africa Episcopus* Ἐγκωμίῳ φαλάκρας, *regiæ Turnebi editionis pag.*59. Ἡ Παροιμία σοφόν. Πῶς δ' οὐχὶ σοφόν; περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι παλαιᾶς εἰσι φιλοσοφίας, ἐν ταῖς μεγίσταις ἀνθρώπων φθοραῖς ἀπολομένης ἐγκαταλείμματα περισωθέντα διὰ συντομίαν καὶ δεξιότητα. Παροιμία δὴ καὶ τοῦτο καὶ λόγος ἔχων ἀξίωμα τῆς ὅθεν κατηνέχθη φιλοσοφίας τὴν ἀρχαιότητα, ὥστε βόειον ἐπιβλέπειν αὐτῇ. Πάμπολυ γὰρ οἱ πάλαι τῶν νῦν εἰς ἀλήθειαν εὐστοχώτεροι. Parœmia sapiens quiddam est. Quidni enim? cùm Aristoteles Prouerbia esse scribat, Philosophiæ post multam hominum stragem amissæ quasdam reliquias, quæ commodi sui gratia ac venustate perdurarunt. Prouerbium enim sermo est dignitatem habens, & tamquam è sacrario Philosophiæ, vnde antiquitatem traxit, depromtum. Veteres enim, multò magis quàm huius ætatis homines, Veritatis erant cupidiores. *Sic ille. Quod autem I. Cornarius, extemporalis plerumque interpres, hîc vertit, peruertit potiùs*, ὥστε βόειον ἐπιβλέπειν αὐτῇ, vt superbè ipsam intueatur, *equidem non assequor. Rectiùs longè Desiderius hîc Synesium, etsi paraphrasticè, sic reddidit*: Nihil aliud esse

Parœ-

Parœmiam, quàm reliquias illius veteris Philosophiæ maximis humanarum rerum cladibus exstinctæ: easque seruatas esse, partim ob compendium breuitatemque, partim ob festiuitatem & lepôrem: ideoque nec segniter nec oscitanter, sed pressiùs atque penitiùs inspiciendas. Subesse enim velut igniculos quosdam vetustæ sapientiæ quæ in peruestiganda Veritate multò fuerit perspicacior, quàm posteriores Philosophi fuerunt. *Quod autem in extremo verè Synesius dixit, idem M. Tullio priùs in mentem venerat. Sic enim ille Tusculana* I. Antiquitas, quò propiùs aberat ab ortu & diuina progenie, hoc meliùs, quæ erant vera, cernebat.

Ceterùm de vsu atque vtilitate Adagiorum differit vberiùs Erasmus. Nos duo attigisse contenti, ad alia properamus. Vsus enim Adagiorum, *sed non nimis frequens, cùm in sermone enitet familiari, tum in amicorum epistolis, vt Demetrius Phalareus lib. de Elocutione, & Nazianzenus Theologus Epist. ad Nicobulum, tradunt. de* Prouerbiorum *autem origine, & ad explicandum difficultate, (de qua etiam in Adagio* Herculei labores *Erasmus disseruit) sic Eusebius Cæsariensis Episcopus libro* I *de tribus* contra Marcellum Ancyranum *Episc. quos scripsisse Eusebium Socrates testatur Ecclesiasticæ Hist. lib.* I. *cap.* XXV. *Quod opus cum tribus* de Ecclesiastica Theologia *eiusdem libris aduersus eumdem Marcellum, quia ineditum adhuc delitescit apud Britannos, qua fide accepi, hic repræsento:* Ὁρᾷς τὸ δυσχερὲς τῆς Παροιμίας· ὃ καὶ διὰ τούτων δείκνυται διὰ τὸ μηδὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας στῆναι τοὺς τὴν Παροιμίαν ταύτην ἐξηγήσασθαι βουληθέντας. οὕτω δυσεύρετόν τι χρῆμα τὸ τῆς Παροιμίας καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν εἶναι δοκεῖ. Διὸ καί τις τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν, συναγαγὼν τὰς ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφόρων λεχθείσας Παροιμίας εἰς αὐτὰς γέγραφε βιβλία δύο μὲν τῶν μέτρων (*fortè* ἐμμέτρων, *aut* διὰ μέτρων) τῶν δὲ ἀμέτρων τέσσαρα. Ταύτας δὲ Παροιμίας ὠνόμασαν οἱ ἔξωθεν δι' οὐδὲν ἕτερον, ἐμοὶ δοκεῖ, ἀλλ' ἐπειδὴ ταῖς τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος Παροιμίαις ἐντυγχάνοντες, καὶ γινώσκοντες δι' αὐτῶν, ὅτι οὐδὲν ἔξεστιν ἐκ τοῦ προχείρου σαφῶς τῶν ἐν αὐταῖς εἰρημένων μαθεῖν, καὶ αὐτοὶ ζηλῶσαι τὸ Προφητικὸν βουληθέντες γράμμα, τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ γεγράφασι τρόπον. PROVERBIVM quàm difficile sit vides: quod & hinc elucescit, ne ipsos quidem Interpretes, qui Parœmiam explicare ingressi sunt, sibi constare: adeò difficilis res visa Prouerbiorum ipsis etiam Ethnicis explanatio. Quamobrem vnus eorum ceteris sapientior, collectis passim multis variisque vsu tritis Prouerbiis eadem explicauit; duobus quidem libris METRICA PROVERBIA, quattuor verò libris numeris soluta explanat. Parœmias autem, seu Prouerbia, Gentiles idcircò, mea quidem sententia,

Parœmiam, quàm reliquias illius veteris Philosophiæ maximis humanarum rerum cladibus exstinctæ: easque seruatas esse, partim ob compendium breuitatemque, partim ob festiuitatem & lepôrem: ideoque nec segniter nec oscitanter, sed pressiùs atque penitiùs inspiciendas. Subesse enim velut igniculos quosdam vetustæ sapientiæ quæ in peruestiganda Veritate multò fuerit perspicacior, quàm posteriores Philosophi fuerunt. *Quod autem in extremo verè Synesius dixit, idem M. Tullio priùs in mentem venerat. Sic enim ille Tusculana* I. Antiquitas, quò propiùs aberat ab ortu & diuina progenie, hoc meliùs, quæ erant vera, cernebat.

Ceterùm de vsu atque vtilitate Adagiorum disserit vberiùs Erasmus. Nos duo attigisse contenti, ad alia properamus. Vsus enim Adagiorum, *sed non nimis frequens, cùm in sermone enitet familiari, tum in amicorum epistolis, vt Demetrius Phalareus lib. de Elocutione, & Nazianzenus Theologus Epist. ad Nicobulum, tradunt. de* Prouerbiorum *autem origine, & ad explicandum difficultate, (de qua etiam in Adagio* Herculei labores *Erasmus disseruit) sic Eusebius Cæsariensis Episcopus libro* I *de tribus* contra Marcellum Ancyranum *Episc. quos scripsisse Eusebium Socrates testatur Ecclesiasticæ Hist. lib.* I. *cap.* XXV. *Quod opus cum tribus* de Ecclesiastica Theologia *eiusdem libris aduersus eumdem Marcellum, quia ineditum adhuc delitescit apud Britannos, qua fide accepi, hic repræsento:* Ὁρᾷς τὸ δυσχερὲς τῆς Παροιμίας· ὃ καὶ διὰ τούτων δείκνυται διὰ τὸ μηδὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας στῆναι τοὺς τὴν Παροιμίαν ταύτην ἐξηγήσασθαι βουληθέντας. οὕτω δυσεύρετόν τι χρῆμα τὸ τῆς Παροιμίας καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν εἶναι δοκεῖ. Διὸ καί τις τῶν παρ᾽ αὐτοῖς σοφῶν, συναγαγὼν τὰς ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφόρων λεχθείσας Παροιμίας εἰς αὐτὰς γέγραφε βιβλία δύο μὲν τῶν μέτρων (*fortè* ἐμμέτρων, *aut* διὰ μέτρων) τῶν δὲ ἀμέτρων τέσσαρα. Ταύτας δὲ Παροιμίας ὠνόμασαν οἱ ἔξωθεν δι᾽ οὐδὲν ἕτερον, ἐμοὶ δοκεῖ, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ταῖς τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος Παροιμίαις ἐντυγχάνοντες, καὶ γινώσκοντες δι᾽ αὐτῶν, ὅτι οὐδὲν ἔξεστιν ἐκ τοῦ προχείρου σαφῶς τῶν ἐν αὐταῖς εἰρημένων μαθεῖν, καὶ αὐτοὶ ζηλῶσαι τὸ Προφητικὸν βουληθέντες γράμμα, τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ γεγράφασι τρόπον. PROVERBIVM quàm difficile sit vides: quod & hinc elucescit, ne ipsos quidem Interpretes, qui Parœmiam explicare ingressi sunt, sibi constare: adeò difficilis res visa Prouerbiorum ipsis etiam Ethnicis explanatio. Quamobrem vnus eorum ceteris sapientior, collectis passim multis variisque vsu tritis Prouerbiis eadem explicauit; duobus quidem libris METRICA PROVERBIA, quattuor verò libris numeris soluta explanat. Parœmias autem, seu Prouerbia, Gentiles idcircò, mea quidem sententia,

 tentia,

tentia, nominarunt; quòd sapientissimi Salomonis Prouerbia legissent, legendoque cognouissent, non statim dicta illa clarè ac perspicuè cognosci. Quare idem Propheticum dicendi genus scribendo imitari studentes, ad eamdem formam & ipsi Prouerbia conscripserunt. *Nollem Eusebius sapientis illius nomen silentio texisset, hariolandum vt doctis hominibus idcircò etiam videatur, quia Scriptor ille, quisquis est, intercidit. Memini* Aristophanem *Comicum* de Prouerbiis ἀμέτροις *laudari in Auibus, à Scholiaste Græco pag. nuperæ edit. 601. F. vt* ἔμμετρα *etiam scripsisse coniicere liceat, nisi fortè Comœdias metro scriptas Prouerbiorum lepidè refertas intelligere placet. Horum vicem supplebunt* ἔμμετρα *Scaligeriana hisce addita, & à nobis vtcumque explanata. Gemina his Venerabilis Beda:* Hic Tropus, *inquit*, adeò latè patet, vt liber Solomonis, (quem nos secundùm Hebræos PARABOLAS dicimus) apud Græcos ex eo nomen Parœmiorum, hoc est Prouerbiorum, acceperit. *Quæres fortasse, quid à* Gnomis, *atque* Apophthegmatis, *(quæ sæpè Adagiis Apostolius & Erasmus sine delectu admiscent)* Parœmiæ *differant? Difficilis sanè explicatio. Multa enim, fateor, Adagia sunt eadem & Sententiæ ad benè beatéq; viuendum compositæ. Plurima tamen sunt Prouerbia singula, vt tantùm Gnomæ longè plures, quæ distinguere iudicio oportet; vt suadet elegantissimi vir ingenij Muretus, de Chiliadum opere seuerè iudicans, lib.* XII. *Variarum Lectionum cap.* XVI. *&* XVII. *Sed cur eadem, inquies,* Adagia *obscuritatem plerumque continent, quæ sit cum Apologis, Ænigmatis, seu Griphis, ac Parabolis denique communis? An inuolucris ac tenebris tecta non statim obuia vulgo esse voluerunt? vt qui nucleum, quod aiunt, esse velit, corticem frangat necesse est. An vt arcana* καὶ τὰ ἀπόρρητα *velo tegebant: vt symbolis in militia, in conuiuiis Græci Ænigmatis vti consueuerunt; vt in Philosophia Pythagoras & Plato numeris, Aristoteles Acroamaticis, sua inuoluebant; vt Hieroglyphicis Ægyptij sacra tradebant; Hebræi verò Sanctosanctorum velum obtendebant. Initiati denique à sacris profanos hac formula arcebant:* Ἔξιστε βέβηλοι. *Et:* Odi profanum vulgus & arceo. *Igitur quemadmodum* Religionem *maiestas tuetur; sic mysteria obscuritásque Philosophiæ adyta custodiunt.*

Nunc Parœmiographos *per saturam recenseamus: principio quidem eos qui temporum vitio amissi perierunt. De* Adagiis *enim multa olim volumina reliquerant, Aristoteles quidem Peripateticæ princeps scholæ, eiusq. auditores Theophrastus & Clearchus Solensis. Scripsere & Chrysippus, Cleanthes, Theætetus, Aristides, Aristophanes, Æschylus, Mylo, Aristarchus:*

legisse apparet eos qui ad ætatem nostram
chus: quos, quia citant idemtidem,
perdurarunt. Zenobius certè Stagiritæ de Parœmiis *libros aduocat, vt*
& Æschyli ac Mylonis: qui Philosophus, cùm Ethicis Nicomachiis, tum
Rhetoricis ad Theodecten, ceterisque ingenij monumentis, via ac ratione
conscriptis, Prouerbia *veluti gemmas, ad ornandum persuadendumq; benè*
sentiendi magister frequenter solet adhibere. Clearchum *laudat Athenæus*
Dipnosophista lib. IV. *&* VII. *Suidas etiam* Theætetum *nominat Cent.* XI.
Adagio XX. *vt* Æschylum *Tragicum atque* Aristarchum *Criticorum*
Principem de Prouerbiis *testem laudat Cent.* XI. *Adag.* II. *In iisdemq; Col-*
lectaneis sæpiùs reperitur Demon *Prouerbiorum auctor. Nam* Κλέανδρος,
quem Theocriti Græcus non admodum vetus Interpres nominat ad illud
Idyllij quinti, vers. 21. οὐδὲν ἱερὸν, *vereor ne corruptum sit nomen è* Clearcho,
vel potiùs Cleanthe. Didymum & Tarrhæum *Paræmiographos legit*
ac descripsit, vt testatur Ἐπιγραφῇ *Zenobius noster, meminitque Ioan. Tzet-*
zes Chiliade VIII. *Helladius denique* ἐν Χρηστομαθείᾳ *apud Photium Biblio-*
thecæ pag. Gall. editionis 1579. Δίδυμος περὶ Παροιμιῶν δεκατρία βιβλία συν-
τέταχε, καὶ πρὸς τοὺς περὶ Παροιμιῶν συντάξαντας ἐπιγράψας αὐτά *vt tredecim*
scripsisse libros Paræmiarum Didymum hinc pareat. De Aristophanis au-
tem Ἀττικωτάτη ἀμάξεις *Adagiorum suprà iam ad Eusebij locum diximus.*
Latini verò, seriùs tamen, id argumentum tentarunt veriùs, quàm tracta-
runt. L. Appuleij *enim Madaurensis, philosophi Platonici, librum* De Pro-
uerbiis *secundum citat Carisius Sosipater, lib.* II. *Gramm. quos Carisij li-*
bros, longè quàm hactenus editi sunt, meliores, locupletioresque Græcis voci-
bus penes me asseruo. Hactenus de amissis siue temporum iniuria, siue incu-
ria maiorum, Parœmiographis: *transeo ad eos qui in manibus quidem sed*
perpaucorum, hoc est eruditorum hominum, versantur, & nunc opera nostra
Latinè vtcumque redditi, Scholiisque prodeunt illustrati. ZENOBIVM, *vt*
Hadriani Aug. teste Suida, æqualem prima in acie collocaui; itaque nuncupo
Suidæ eiusdem secutus auctoritatem: sic enim ille: Ζηνόβιος σοφιστὴς, παιδεύ-
σας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος, ἔγραψεν ἐπιτομὴν Παροιμιῶν Διδύμου καὶ Ταῤ-
ῥαίου, ἐν βιβλίοις τρισί. *Quem* ZENODOTVM *plerumque, rariùs* ZENO-
BIVM *Desiderius Chiliastes nominat, Aristophanis, opinor, veterem secu-*
tus enarratorem, ἐν Νεφέλαις, *vbi eadem ferè, quæ hoc in Scriptore, legantur.*
Certè Ammonius, siue is, vt doctis placet, Herennius Philo est, dict. ΟΥΔΕΝ,
ZENODOTVM *reprehendi ait veterem Grammaticum, quem auctor Ety-*
mologici magni, Marcus fortè Musurus, ZENOBIVM *vocare videtur.*
Adhæc, quod dicendum fuit sæpiùs, incertum eruditis est hominibus an ex

Comici illius Scholiastæ Gr. plerasque Adagiorum explanationes, vt alia ex aliis infinitis Auctoribus, Suidas desumserit; an contrà è Suida κατὰ πόδας mutuatus Scholiastes videatur:

Sic Critici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Conuerterat autem Zenobium *Gilb. Cognatus, Sequanus, assecla Erasmi; quod primùm ex Ludouico Nonio Medico insigni, cùm iam ipse vertissem, cognoui. Quo inspecto, oleum & operam, nisi me amo, minimè perdidisse deprehendi. Excipit hunc* DIOGENIANVS *Heracleotes, cuius hactenus ἀνεκδοτον duplex calamo exaratum exemplar, inuestigando, vt fit, sum consecutus: vnum è Palatina Bibliotheca docti viri beneficio; alterum à Pet. Pantino Decano, heu, natali* CHRISTI *Domini an.* CIↃ. IↃC. XI. *terris denato, cælis autem renato, & immaturo nobis fato ante diem erepto, dum* Apostolium Byzantium de Parœmiis, *duplo quàm Basileæ typis Heruagij eius sæculi* CIↃ. IↃ. XXXVIII. *exiit, auctiorem, me hortante maximè, emittere cogitat: sed heredum, vt opto & spero, operá, lucem postumus partus aspiciet. Diogeniano autem Suidæ appendimus testimonium, locumque corruptum sanauimus, vt pro* περὶ ποταμῶν *(quod iam antecesserat, putidéque denuò inculcabatur) reposuerim* περὶ Παροιμιῶν: *cui coniecturæ eruditi, qui rem propiùs inspexerint, pollice vtroque fauebunt; obseruabuntque Historiarum Suidæ interpretem non rectè ibi titulum vertisse:* Breuis descriptio & collectio. *Malim ego:* Compendio scripta Collectanea. *Hoc enim* συναγωγὴ *sonat, habetque titulus:* Παροιμίαι δημώδεις ἐκ τῆς Διογενιανοῦ συναγωγῆς. *Huius Parœmias se sublegisse fatetur* Hesychius *Lexici sui proœmio, sed copiosiùs paullò, quæ breuiùs* ἐν ἐπιτομῇ *Diogenianus collegisset. Cuius quidem Hesychij loca è Diogeniano ferè descripta, excuso iam illo, ne quid, Lector, desiderares ampliùs, Suidæ Collectaneis Prouerbiorum, suo quæque loco Scholiis inseruimus: quos conferre auctores, itemque Zenobium, Vaticanamque Appendicem, pretium operæ fuerit, &, quod dici solet, vna Mycono complecti omnia liceat. Diogenianum autem, sed Pergamenum, non Heracleotam istum, loquentem inducit Plutarchus Symposiacῶν lib.* VIII. *Sequitur Diogenianum* Vaticana Appendix, *lauta sanè Centuriarum propè* IIII. *accessio, Scip. Cobellucij, Pontifici Max. à Secretis & Epistolis, singulari liberalitate. Quæ Prouerbia vidisse ex parte obseruo Desiderium: sed ea cur Plutarcho, vt diximus, attribuat, nondum compertum. Habet enim illud è primi Regnorum libri cap.* X. Σαοὺλ ἐν προφήταις, *Centur.* III. *Adag.* 87. *quod Christiani esse hominis, non Chæronensis Philosophi, clarum. Certè in censu operum Plutarchi neque Lamprias agnoscit,*

nec

nec quæ in manibus sunt Opera, volam aut vestigium præ se ferunt."

De SVIDAE COLLECTANEIS, *ad ea quæ ibi præfatus sum, illud bre-*
ui testandum, correxisse non rarò interpretis σφάλματα, *& Aristophanis lo-*
ca atque Hesychij diligenter adnotasse, dum quæ noua prodeat editio, siue Iu-
nij, siue Porti. Promiserat enim vterque, nec dictis fides satis constitit.
Scriptus enim Suidæ codex nostræ Bibliothecæ, non optimæ est notæ, vetu-
stus tamen. Quidquid tamen est præstitum, æquus Lector συγγνώμην πεχτ-
πείρῳ *dabit, boniq́ue consulet.*

Restabat Mich. Apostolius Byzantius *de Paræmiis, vt iam dixi-*
mus, de quo eius filius epistola testatur scripsisse parentem Ἰωνιὰ, *quasi* Vio-
lis consitum hortum *dicas, mistis Græcorum Paræmiis, Gnomis, &*
Apophthegmatis vndique post Suidam collectis. Tale Anthologiæ opus est
Athenæi Dipnosophistarum, & Stobæi Sententiæ, aliiq́ue racematores Laër-
tius, Suidas, Photij Bibliotheca, &, nondum, quod sciam, editus, Theodorus
Logotheta. Æqualem fuisse Apostolium apparet familiaremq́ue Gemisti Ple-
thonis Philosophi, & Cardinalis Bessarionis, Niceni Patriarchæ, & æqua-
lium. Cuius Michaëlis philosophica quædam idem Pantinus calamo exara-
ta habebat, exstatq́ue eiusdem Panegyricus ad Fridericum III. Imp. in Ger-
manicarum rerum Tomis. Huius intereà vicem, dum Apostolium heredes
adornant, damus Stromatea *Ios. Scaligeri, totidem à nobis versibus redditis*
Metricis Prouerbiis, Notisque aspersis: & copioso Græcorum Prouerbio-
rum Indice, quem in Chiliadibus hactenus desideramus, addito. Adijcere
item erat animus, si otij satis suppeditasset, Veterum Oracula, *versibus ferè*
edita, quod ex his nata esse plurima Adagia *obseruassem. Item ex Homero*
Prouerbia, atque è Poëtarum nartheciis, sed ea Desiderius selegit; vt ex vno
Marone eius æqualis Barlandus. Post hos autem Græcos qui superfuit,
collegit Adagia iisdem vestigiis insistendo Desiderius, *primùm anno eius*
sæculi, vt testatur, quingentesimo supra millesimum. Quo anno magnus ille
Christiani orbis Sol, Carolus V. Augustus, æterná dum posteri exsistent,
ob prœlia Dei fortiter pugnata, dignus memoriá, auram primùm hausit vita-
lem. Quod opus indies lambendo vrsarum more, decies ampliùs edolauit,
vt in Chiliades excreuerit: inscriptumq́ue posteà Paullo Manutio Aldi
maioris F. Mureti, vt dixi, ingratiis, quòd non satis perpurgarit. Erit for-
tasse qui falcem in eam messem mittat feliciùs. Eadem ferè tẽpestate exiit &
Polydorus Virgilius, & Cælius Rhodiginus *in Antiquis Lectionibus:*
pòst etiam spicas legit, ac racemos à præceptoris vindemia Gilb. Cognatus.
Hinc Melchior Neipius & Guil. Gentius Belgæ. Feliciùs tamen ac dòctiùs

H.Iu-

H Iunius, itemque Io. Alexander Brassicanus, & Vlpius Frisius, Græcè doctissimi. Denique è Criticorum scriptis, Turnebi, Mureti, Canteri, & Hartungi, Victor Giselinus cum delectu selegit, & Christoph. Plantini Typographorum coryphæi typis euulgauit. Nam Petrus Godefredus, Polydorus, ac Drusus, sacra potiùs legunt Adagia, quàm externa. Mitto nunc cohortem litteratorum, qui Erasmi Chiliadas, cùm in tenuiorum, tum eorum gratiam qui otio destituuntur, ἐν ἐπιτομῇ concinnarunt. Barlandus quidem Centuriarum ordine, & de Germanis Tappius, sed locis titulisque distinctis classibus; qua methodo Ios. Langius digerendo ceteros vicit Germanos. Subsecuti non longo interuallo qui popularia Adagia selegere, Belgica quidem Tacitus Zegerus, Io. Sartorius & Seruilius; plures Gallica: Hiberica, Fredenandus Nonius Pintianus, & cum Scholiis Mallara, Hispalensis. Omnium verò circumcircà nationum Prouerbia, Italica, Hispanica, Gallica, Germanica, Belgica, ac Britannica Io. Gruterus cum Gnomis Græcolatinis à se explicatis duplici fasce nuper colligauit: nihil vt hoc in genere desiderare possis. Numquid ampliùs? Orare me atque obtestari Typographos, si fortè hic noster labor, aut certè conatus, non vsquequaque doctis hominibus displiceat, dum spiro viuoque, hanc Prouerbiorum Græcorum siluam me inscio, multis operarum mendis refertam extrudere ne audeant, sed nisi monito priùs, vt par est, auctore superstite, si quid fortè, vt dies diem docet, commentando obseruandoque addendum, demendum, mutandúmve videatur: secùs atque in Gallia nuper in Photij nostri Bibliotheca factum doleo. Poterat enim lauta à nobis tempori submitti accessio, in tanta librorum, quos legerat Photius, & nondum exierunt, copia. Hoc te scire, Lector erudite, interesse tuá meáque existimabam: nunc ad Græcos ξὺν θεῷ accedamus.

APPRO-

APPROBATIO.

Hæc *Prouerbia siue Adagia Græcorum*, è Zenobio seu Zenodoto, Diogeniano, & Suidæ Collectaneis, Latinè reddita & explicata à R. Patre *Andrea Schotto*, Antuerpiano, Societatis Iesv Presbytero, multum splendoris adferent studiosæ iuuentuti; & quia nihil habent quod nostram religionem offendat, iure imprimi possunt. Quod scripsi XII. Ian. an. M. DC. XI.

Egbertus Spitholdius S. T. L. Canonicus, & Plebanus Antuerpiensis, librorum Censor.

Franciscvs Flerontinvs Præpositus Prouincialis Societatis Iesv in Prouincia Belgica, potestate ad id mihi facta ab admodum R.P.N. Præposito Generali *Claudio Aquauiua*, facultatem concedo, vt *Prouerbia seu Adagia* Græcorum è Diogeniano & Zenobio seu Zenodoto & Suidæ Collectaneis, Latinitate donata, & Scholiis explanata à P. Andrea Schotto, Antuerpiano, Societatis nostræ Sacerdote, & eiusdem Societatis eruditorum hominum iudicio examinata & approbata, typis excudantur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas dedimus Bruxellis XV. Ianuarij M. DC. XI.

Franciscus Flerontinus.

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ, Archiducum Austriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Priuilegio cautum est; ne quis *Adagia siue Prouerbia Græcorum ex Zenobio seu Zenodoto, Diogeniano, & Suidæ Collectaneis, partim edita nunc primùm, partim Latinè reddita, Scholiisq́; parallelis illustrata ab Andrea Schotto Antuerpiano Societatis* IESV *Presbytero*, præter Martinæ Plantinæ viduæ, & Balthasaris & Ioannis filiorum Ioannis Moreti p. m. voluntatem, intra sexennium excudat, aut alibi terrarum excusa, in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaliáve habeat. Qui secùs faxit, confiscatione librorum, & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, XV. Ian. M. DC. XI.

Signat.

Buschere.

ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ ΖΗΝΟΒΙΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΤΑΡΡΑΙΟΥ ΚΑΙ ΔΙΔΥΜΟΥ.

1. ΑΒΥΔΗΝΟΝ ἐπιφόρημα.] Ἐπὶ τῶν ἀηδῶν τάττεται ἡ παροιμία. μέμνηται δὲ αὐτῆς Εὔδοξος ἐν Ὑποβολιμαίῳ. φασὶ δὲ ὅτι τοῖς Ἀβυδηνοῖς ἔθος ἦν μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὰς σπονδὰς προσάγειν τοὺς παῖδας μετὰ τῶν τιτθῶν τοῖς εὐωχουμένοις, κεκραγότων δὲ τῶν παίδων καὶ θορύβου γινομένου διὰ τὰς τίτθας, ἀηδίαν εἶναι πολλὴν τοῖς δαιτυμόσιν. εἴρηται δὲ ἡ παροιμία καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν συκοφαντεῖσθαι τοὺς ξένους. ἔνθεν Ἀριστοφάνης τὸν συκοφάντην Ἀβυδηνοκόμην εἶπεν.

2. Ἀγαθώνειος αὔλησις.] Ἡ μαλακὴ, καὶ μήτε πικρὰ, μήτε χαλαρὰ, ἀλλ' εὔκρατος καὶ ἡδίστη. εἴρηται δὲ ἀπὸ Ἀγάθωνος αὐλητοῦ, ὃς ἐπὶ μαλακίᾳ ἐκωμῳδεῖτο.

PROVERBIA ZENOBII EX TARRHÆO AC DIDYMO.



1. ABYDENA illatio.] De molestis rebus adhiberi solitum Prouerbium: cuius Eudoxus in Hypobolimæo meminit. Abydenis enim morem fuisse ferunt, vt post cœnam ac libationes infantes cũ nutricibus ad conuiuantes adducerent. Quibus cum clamore plorantibus, tumultuq; à nutricibus excitato, molestiam magnã accumbentibus creari solitam. Dicitur & inde Prouerbium, quòd ab iis solent hospites calumniis appeti. Hinc Aristophanes sycophantam nominat Ἀβυδηνοκόμην.

2. Agathonia cantio.] De molli & non acerba, neque dissoluta, sed temperata maximeque iucunda. Ductum ab Agathone tibicine, cuius etiam molliciem Comici traduxerunt.

3. Cili-

SCHOLIA.

1. Ἐπιφόρημα.] Sic Athenæus libro XIV. emendante Paulo Leopardo Belga, homine doctissimo, libro XVI. Emendat. cap. III. Stephanus περὶ πόλεων, Diogenianus, Suidas, & Apostolius, pro bellariis aut irruptione, etsi *auctarium* vertit Suidæ interpres, Hesychius ἐπιφώνημα pro acclamatione. Mihi *illatio* magis placuit: quòd *inferri in mensam* dici solita fercula, vt & in sepulcrum suum alienúmve, vt est in Pauli I. C. sententiis, & Vlp. L. X. De relig. & sumpt. fun. & L. III. De sep. violandis. Erasmus è Suida de coronis & vnguentis addit. Quæ verò ex Aristoph. Zenobius, ex iis aliud Prouerbium Apostolius cõcinnat, quasi *Abydenus* de sycophanta dicatur, cuius rei & noster meminit. Suidæ verò Ἄβυδος πόλις ἢ Ἀβυδηνῶν φλυαρία de nugis atq; calúniatoribus.

2. Amplius hîc antiquiss. codex Vaticanus

3. Cilicon bona.] Exaudiendum habet. Proditor hic fuit Cilicion genere Milesius, qui, prodita Mileto, opulentus euasit.

4. Habronis vita.] In splendidè ac sumtuosè viuentes iactatur Prouerbium. Habron enim diues fuit, ac luxu diffluens. Fortè & ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ, id est, molli ac delicato, nomen deductum.

5. Cercopum forũ.] In improbos ac veteratores dictum. Cercopes enim fraudulẽti quidã impostores, qui Iouem ipsum insidiis circumuenire conati sunt.

6. Agamemnonij putei.] De magnis operibus dicitur. Ferunt enim Agamemnonem in Aulide, passimque in Græcia, puteos fodisse.

7. Risus expers saxum.] De rebus quę dolorem conciliant, adhibetur.

3. Ἀγαθὰ Κιλίκων.] Λείπει τὸ ἔχει. προδότης. γὰρ γέγονεν οὗτος ὁ Κιλικίων, Μιλήσιος τὸ γένος, ὃς προδοὺς Μίλητον εὐπόρησεν.

4. Ἅβρωνος βίος.] Ἐπὶ τῶν πολυτελῶν εἴρηται ἡ παροιμία. Ἅβρων γάρ τις ἐγένετο πλούσιος καὶ ἁβροδίαιτος. δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ τὸ ὄνομα γεγονέναι.

5. Ἀγορὰ Κερκώπων.] Ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοήθων λέγεται. Κέρκωπες γὰρ ἀπατεῶνες ἐγένοντό τινες, ἐξαπατῆσαι τὸν Δία βουλόμενοι.

6. Ἀγαμεμνόνεια φρέατα.] Ἐπὶ τῶν μεγάλων ἔργων. ἱστοροῦσι γὰρ τὸν Ἀγαμέμνονα περὶ τὴν Αὐλίδα, καὶ πολλαχοῦ τῆς Ἑλλάδος, φρέατα ὀρύξαι.

7. Ἀγέλαστος πέτρα.] Ἐπὶ τῶν λύπης προξένων πραγμάτων εἴρηται. ἔστι δὲ ἡ πέ-

nus præfert: ἡ μαλακὰ καὶ ἐκλελυμένα, ἢ ἡ μήτε χαλαρὰ, μήτε πικρά. itemque Mich. Apostolius typis quidem euulgatus. Diogenianus pro μαλακὴ καὶ χαλαρὰ vitiosè habet, μαλτακὴ καὶ χλιαρά. Agathon verò aulœdus ille est, qué in Thesmophoriis Aristophanes proscindit, & fortasse quem Plato ob epinicium in Tragicorum certamine celebrat. Vide Hesychium.

3. Κιλίκων.] Mirè variant Parœmiographi. Suidas, vt noster, ἀγαθὰ Κιλίκων. additque: λείπει, ἔχει. gignendi casu, noster nominandi. Mox tamen, ὁ Κιλικίων. inflectit. Diogenianus *Cilicem* facit. προδότης γάρ, inquit, τις τῶν Κιλίκων. Aristophanes verò ἐν εἰρήνῃ, ὁ Κιλλίκων (quomodo & Erasmus scribit) & *Cilicontis* ibidem commemorat exitium Scholiastes.

4. *Habron* hic, κύριον ὄνομα, Argiuus fuit Suidæ, qui à mollitie sic dictus: & ab illo *Habronia vita.* & Apostolium editum video hîc legisse ὅθεν καὶ ἁβροδίαιτος, & Suidam ἁβρόνειος. Fuit & *Habron* alter Sophista, ac Lycurgi Oratoris F. De quo in claris apud Senecam Rhetoribus disseruimus. Porrò Diogenianus similia addit: *Sicula mensa, & Sybaritica vita.*

5. Ampliùs hîc codex Vatic. Diogenianus, Suidas & Apostolius: ἐγένοντο ἐν Ἐφέσῳ, οἵτινες ἐξαπατῆσαι τὸν Δία πεπείρανται. *Fuerunt Ephesi, qui fallere Iouem tentarũt.* Simile etiam notat Diogenianus, λυκῶν δεκὰς, καὶ Κρωβύλου ζεῦγος. Pulcer est Synesij Episcopi locus Epist. c i. ad Pylæmenem: Ἑτέρως δὲ οὐκ ἔστι πλουτεῖν ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς ἀγορᾷ, μὴ πάντα μιγνῦντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα δίκαια, καὶ κέρκωπα ἀντ' ἐλευθέρου γινόμενον. *Alia ratione in foro vestro ditescere non licet, nisi cuncta & diuina & humana iura confundas, & pro ingenuo veterator euadas.* Plura Had. Iunius, Centuria VII. Adag. 38.

6. De liberis dici hominibus Apostolius ait. Meminit & Hesychius.

7. Fabulam Cereris refert Apollodorus libro I. Biblioth. Pausanias in Atticis, Orpheus,

ἡ πέτρα αὕτη ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἐφ᾽ ἧς ἐκαθέσθη ἡ Δημήτηρ, ὅτε τὴν κόρην ἐζήτει ἐρασθεὶς γὰρ Περσεφόνης ὁ Πλούτων ἥρπασεν αὐτὴν κρύφα. Δημήτηρ δὲ μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιήρχετο. μαθοῦσα δὲ παρ᾽ Ἑρμιονέων ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς, κατέλιπεν οὐρανὸν, καὶ εἰκασθεῖσα γυναικὶ ἧκεν εἰς Ἐλευσῖνα· ἔνθα ἐπὶ πέτραν ἐκάθισε, τὴν ἀπ᾽ ἐκείνης κληθεῖσαν Ἀγέλαστον.

Saxum hoc in Attica erat, cui insedit Ceres, filiam Proserpinam inuestigans: quam amore captus Pluto clàm rapuit. Ceres itaque cum facibus die noctuque orbem terrarũ quęrendo lustrauit. Cognito verò ab Hermionensibus raptam à Plutone filiam, Diis indignata, cælum reliquit, ac femineo habitu Eleusinem peruenit; vnde lapidi cui insedit, nomen ex ea Ἀγελάστου datum.

8. Ἀγρίου βέβρωκας.] Οἱονεὶ ζώου ἀγρίου. εἰώθασι δὲ οἱ βεβρωκότες, χασμᾶσθαι.

8. Ferinam gustasti.] Hoc est, ex animali fero comedisti. Ferina autem carne qui vescuntur, oscitari solent.

9. Ἀγαθῶν θάλασσα.] Ἐπὶ πλήθους ἀγαθῶν εἴρηται.

9. Bonorum pelagus.] De rerum bonarum abundantia dicitur.

10. Ἀγαθῶν σωρός.] Ἐπὶ πολλῆς εὐδαιμονίας εἴρηται.

10. Bonorum cumulus.] Vsurpatur de ingenti felicitate.

11. Ἀγαθῶν μυρμηκία.] Ἐπὶ πλήθους εὐδαιμονίας.

11. Bonorum myrmecia.] De immensa rerum prosperitate.

12. Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ᾽ ἄρτον.] Ἐπὶ τῶν τὰ δευτερεῖα ποιουμένων.

12. Bona etiam maza post panem.] De iis qui deteriora ac secundo tantùm ducenda loco donant.

13. Aga-

pheus, & Proclus noster in Chrestomathia de Poëtica, vbi plura annotare memini ex Arnobio, Clemente Alexandrino, de Bauci anu. Proserpinæ raptus è Claudiano, aliisq; notus. Vide inf. Prouerb. ἡ Ἀχαία Ἀζησίαν μετῆλθεν. Ἀγέλαστος.] Ἀγέλαστοι dicti Socrates à Plinio, Pericles ab Aristotele, M. Crassus à Lucilio apud Cic. & Philippus Aug. apud Victorem. Ceterùm Vatic. hîc cod. vt aliàs, ordinem sic inuertit: αὐτό ἐστιν ἐπὶ τῇ Ἀττικῇ. ἐφ᾽ ἧς ἐκαθέσθη ἡ Δημήτηρ, ὅτε τὴν κόρην ἐζήτει. εἴρηται ἐπὶ τῶν λύπης πεπληγμένων πραγμάτων. Abest tamen hæc vox πραγμάτων à Diogeniano & Apostolio, neque hîc necessaria. Hesychius quoque Prouerbij meminit.

8. Eadem, vt aliàs sæpè, ad verbum Hesychius continet.

11. De Formicarum aurum in India adseruantium agmine Mela Pomponius libro III. cap. VII. Plinius lib. XI. c. XXXI. & alij, quos Chiliastes Batauus suggeret: vt & simile illud Platonis lib. IX. de Rep. τὸ τῶν ἡδονῶν σμῆνος, & in Menone, ἀρετῶν σμῆνος, ducta hac ab apibus, illa à formicis tralatione; de qua in Prouerb. Sapiens cap. VI. Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα ὦ ὀκνηρέ, &c. *Vade ad formicam, ô piger.* Addunt LXX. Interpretes, citatque in Epistola ad Rusticum & in tertium caput Ezechielis beatus Hieronymus: ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστί. *vel ad apem contende, & disce quàm sit sedula.* Hoc autem Adagium superiori adnectit Vatican. Ἄμφω, inquit, λέγεται ἐπὶ πλήθους εὐδαιμονίας.

12. Maza pane deteriore vtebantur serui ac rustici. Athen. lib. VI. Δειπνοσοφ. Πεινῶντι γὰρ ἀνδρὶ μᾶζα τιμιωτέρα χρυσοῦ τε κἀλέφαντός. *Viro esurienti maza auro & ebore gratior.*

 13. Addit

13. Agamẽnonis victima.] In duros, & quibus ægrè quid persuadeas. Sacrificãte enim ad Troiam Agamemnone bos effugit, & vix captus reductus est.

14. In lacrymas facilis probus est vir.] De iis vsurpatum, quos facilè aliorum miseret.

15. Rusticum ne contempseris Rhetorem.] Suadet Prouerbium, ne tenues fastidiamus.

16. Rubus siccus rigidissimus.] In duros, cõtumaces, ac morib⁹ præfractos.

17. Deus nullius indigẽs.] Prouerbiũ, Deũ rei nullius indigere significat.

18. Admeti nænia.] De cantione lugubri in Admetum cantari solita. Hic enim Pheræorum Rex fuit, cui Apollo mercede seruiit, hac de causa. Æsculapius Apollinis filius à Chirone medicinam edoctus, & à Minerua è Gorgonis venis fluentem sanguinẽ accipiens, multos ægros pristinæ restituit sanitati. Qui enim è sinistra vena profluebat sanguis, eo ad hominũ interitum; qui è dextra, ad salutem vtebatur. vnde quosdam in

13. Ἀγαμέμνονος θυσία.] Ἐπὶ τῶν δυσπειθῶν καὶ σκληρῶν. Ἀγαμέμνονος γὰρ θύοντος ἐν Τροίᾳ, ἔφυγεν ὁ βοῦς, καὶ μόλις ληφθεὶς ἤχθη.

14. Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα πρὸς ἔλεον ῥεπόντων.

15. Ἀγροίκῳ μὴ καταφρόνει Ῥήτορος.] Ὅτι μηδὲ τῶν εὐτελῶν χρὴ καταφρονεῖν, παραινεῖ ἡ παροιμία.

16. Ἀγναμπτότατος βάτος αὖος.] Ἐπὶ τοῦ σκληροῦ καὶ αὐθάδους τὸν τρόπον.

17. Ἀνενδεὴς ὁ Θεός.] Παροιμία παρ' ὅσον οὐδενὸς ἐπιδέεται ὁ Θεός.

18. Ἀδμήτου μέλος.] Τὸ εἰς Ἄδμητον μέλος ᾀδόμενον πένθιμον. οὗτος δὲ ὁ Ἄδμητος βασιλεὺς ἦν τῶν Φεραίων, ᾧτινι Ἀπόλλων ἐθήτευσε δι' αἰτίαν τήνδε. Ἀσκληπιὸς ὁ Ἀπόλλωνος παῖς παρὰ Χείρωνος τὴν ἰατρικὴν παιδευθεὶς, καὶ παρὰ Ἀθηνᾶς λαβὼν τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν τῆς Γοργόνης ῥυὲν αἷμα, δι' αὐτοῦ πολλοὺς ἐθεράπευε. τῷ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἀριστερῶν φλεβῶν ῥυέντι πρὸς φθορὰν ἀνθρώπων ἐχρῆτο· τῷ δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν, πρὸς σωτηρίαν. ὅθεν καί τινας τεθνεῶ-

---

13. Addit Diogenianus de Iphigenia filia, quam in Aulide immolare pater voluit: de qua nota Euripidis Tragœdia est, ab Erasmo feliciter Iambicis reddita.

15. Ἀγροίκου μὴ.] Vatic. ὑποθετικὴ ἡ παροιμία, &c. Huc verò pertinet Ciceronis illud lib. 1. Offic. Christiano homine dignum: *Quò maior es, eò te geras submißiùs.*

16. Ἀγναμπτότατος.] Ita legendum. Nam vitiosè Suidas, etiam calamo exaratus, quo vtor, ἀγναπτότατος, eiusque interpres Wolfius *impolitißimus* reddidit. Corruptè & Apostolius ἀχαπτότατος. Diogenianus non ὑποθετικῶς sed συγκριτικῶς sic legit, Ἀγναμπτότερος βάτου αὔου. Sic autem Orpheus περὶ λίθων, initio dixit: Ἄγναμπτον δρυὸς, *Rigidum robur.* αὖος autem hîc è Suida correximus.

17. Sumtum id è Sacris litteris Psal. 15. Εἶπα τῷ κυρίῳ, κύριός μου εἶ σὺ, ὅτι τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις. *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Vtitur & M. Censorinus initio de die natali.

18. Admeti & Alcestidis fabula ex Euripide singulari Tragœdia *Alcestidis* nota, interprete Georgio Buchanano Scoto. Plura etiam suppeditabit ἐν σφηξὶ Aristophanis interpres, & Apostolius Prouerb. Ἀλκήστιδος ἀνδρεία, vbi Palæphatum περὶ ἀπίστων, vt aliàs

τεθνεῶτας ἀναστῆσαι μυθολογεῖται. διὸ γοῦν τὸ μὴ δόξαι τοῦτον παρ' ἀνθρώποις εἶναι θεὸν, ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν. Ἀπόλλων δὲ ὀργισθεὶς κτείνει Κύκλωπας τοὺς τὸν κεραυνὸν κατασκευάσαντας τῷ Διί. Ζεὺς δὲ ἐμέλλει ῥίπτειν αὐτὸν εἰς Τάρταρον, ἀλλὰ δεηθείσης Λητοῦς ἐκέλευσεν αὐτῷ ἐνιαυτὸν ἀνδρὶ θητεῦσαι. ὁ δὲ παραγενόμενος εἰς Φερὰς εἰς Ἄδμητον, τούτῳ λατρεύων ἐποίμαινε, καὶ τὰς θηλείας βοῦς πάσας διδυμοτόκους ἐποίησε. φιλοφρονηθεὶς δὲ τὰ μέγιστα παρ' αὐτοῦ, ᾐτήσατο τὰς Μοίρας, ἵν' ὅταν ἡ τελευτὴ τῷ Ἀδμήτῳ ἐπικλωσθῇ, ἑτέρου τινὸς ἀντὶ τούτου θνήσκειν προαιρουμένου, τὸν Ἄδμητον ἀπὸ τοῦ θανάτου ἀπολυθῆναι. ὡς δὲ ἦλθεν ἡ τοῦ θνήσκειν ἡμέρα, μήτε τοῦ πατρὸς μήτε τῆς μητρὸς ὑπὲρ αὐτοῦ θνήσκειν θελόντων, Ἄλκηστις ὑπεραπέθανεν ἡ τούτου γυνή. ἐκτοτε οὖν σκολιὰ καὶ πενθήρη πρὸς τὸν Ἄδμητον ᾔδοντο μέλη, μέχρις ἂν ἡ Κόρη ἀνέπεμψεν Ἄλκηστιν. ὡς δὲ λέγουσιν ἔνιοι, Ἡρακλῆς πρὸς αὐτὸν ἀνεκόμισε μαχησάμενος Ἅδῃ.

19. Ἄδειν πρὸς μυρρίνην.] Ἔθος ἦν τὸν μὴ δυνάμενον ἐν τοῖς συμποσίοις ᾆσαι, δάφνης κλάδα ἢ μυρρίνης λαβόντα πρὸς τοῦτον ᾄδειν.

vitam reuocasse fabulatum. Iupiter igitur hunc apud mortales pro Deo haberi minimè ferens fulmine percussit. Quare indignatus Apollo, Cyclopas, vt fulminis Iouis fabricatores occidit. Iupiter vicissim in Tartarum detrudere destinabat Apollinem, sed Latona deprecante iussit annum integrũ hominis pecus pascere. Ille Pheras ad Admetum delatus, eidem inseruiens, pecus pauit, &, vaccæ omnes gemellos vt parerent, effecit. Liberaliter itaq; ab Admeto habitus, Parcas rogauit, vt, cùm Admeto fatalis vitæ terminus aduenisset, si quis pro ipso mori præoptasset, à morte liber euaderet. Fati ergo dies vbi aduenit, nec patre matréve mori pro ipso volentibus, Alcestis eius coniux vitam pro illo exponit. Hinc σκολιὰ, id est, obliqua ac lugubria Admeto accinebantur amissa coniuge carmina, donec Proserpina remisit Alcestidem: vt autem alij referunt, orco Hercules expugnato illam in lucem ad maritum reduxit.

19. Canere ad myrtum.] Mos erat, vt qui in conuiuiis canere non posset, accepto lauri vel myrti ramo, ad eum accineret.

20. Aqui-

---

aliàs frequenter, descripsit, & in Chiliadibus Ioan. Tzetzes. Porrò Prouerbium codex Vaticanus ita explanat: Ἐπὶ τῶν σκολιῶν. τοιαῦτα γὰρ καὶ τὰ εἰς Ἁρμόδιον καὶ Ἄδμητον μέλη σκολιά. τινὲς δὲ κατ' ἀντίφρασιν εἰρῆσθαι λέγουσιν, ὅτι ῥᾴδια καὶ ὀλιγόστιχα, ὡς ἐπιγράμματα. διὸ καὶ ἐπὶ ῥᾳδίων εἰρῆσθαι λέγουσιν. *De scholiis, obliquo carmine. Talia quæ in Harmodij & Admeti laudem carmina accinebantur. Quidam per* ἀντίφρασιν σκολιὰ *dicta asserunt, quasi facilia, paucorúmque versuum, vt sunt Epigrammata. Hinc & de rebus factu facilibus dictum Prouerbium opinantur.*

Σκολιά.] De his Iulius Pollux, & Aristophanis interpres, ac pluribus nos ad Procli Chrestomathiam è Photij Bibliotheca disseruimus.

19. Totidem verbis Apostolius, nisi quòd vitiosè πρὸς μυρίνην habet. Falsa tamen narrat vterque. Nam in conuiuiis qui canerẽt, myrtum laurúmve manu tenebant, vt è Dicæar-

20. Aquilæ ſcarabæus obſtetricatur.] Prouerbium eſt. Oua enim aquilę canthari voluendo corrumpunt, quoniam ſcarabæos aquilæ colligunt.

21. Vitam ſubactam & maceratã.] In eos qui bellè, & ſine labore vitam degunt: quibus facilè omnia ſuppetunt.

22. Alia vita, alia diæta.] De iis qui ad meliorem ſeſe vitam conferunt.

23. Salem vehens indormis.] In eos qui magno in diſcrimine dormiunt ac negligenter verſantur. Mercatore enim quodam nauem ſale onerante, atque dormiente, contigit, vt, aquam ſentina hauriente, ſal liquefieret.

20. Ἀετὸν κάνθαρος μαιεύεται.] Παροιμία. τὰ γὰρ ᾠὰ τοῦ ἀετοῦ ἀφανίζουσιν οἱ κάνθαροι κυλίοντες, ἐπεὶ οἱ ἀετοὶ τοὺς κανθάρους ἀναλέγουσιν.

21. Ἀληλεσμένον βίον καὶ μεμαλαγμένον βίον.] Ἐπὶ τοῦ ἑτοίμου καὶ προχείρου καὶ ἀκόπου.

22. Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα.] Ἐπὶ τῶν ἐπ' ἀμείνονα βίον μεταβαλλόντων.

23. Ἅλας ἄγων καθεύδεις.] Ἐπὶ τῶν ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ καθευδόντων καὶ ῥᾳθυμουμένων. ἐμπόρου γάρ τινος τὴν ναῦν ἁλῶν πληρώσαντος καὶ καθεύδοντος, τῆς ἀντλίας ἐπαναβῆναι συνέβη καὶ ἐκτῆξαι τοὺς ἅλας.

24. Ἄλλο-

---

cæarcho Hadr. Iunius vir doctiſs. obſeruat lib. III. Animaduerſorum cap. VII. Morem autem hunc Cicero Tuſc. Quęſt. lib. I. & ex illo Fabius lib. I. ſic commemorat: *Mos in conuiuiis, vt poſt cœnam circumferretur lyra: cuius cùm ſe imperitum Themiſtocles confeſſus eſſet, vt verbis Ciceronis vtar, habitus eſt indoctior.* Pluribus Plutarchus lib. I. Sympoſiacῶn, Quæſt. I. & Læuinus Torrentius, accuratiſſimæ vir diligentiæ, ad Horatium lib. II. Ode VII. exſtatque hac de re Σκολιὸν apud Athenæum libro poſtremo, quod & in Emendat. librum XII. cap. VII. retulit Paulus Leopardus, legiturque apud Suidam in dict. ἀγγράστω, & ἐν μύρτου κλάδῳ, & οὐδὲ ποτ' ἐγὼ τοῦτον ὑποδέξομαι· οὐδὲ παρ' ἐμοὶ ποτὲ τὸν ἁρμόδιον ᾄσεται.

20. Μεδύεται.] Sic vitioſè prefert Zenobius, pro quo rectè Diogenianus & Apoſtolius μαιεύεται, & Suidas atque Heſychius μαιεύομαι, quod *obſtetricari* eſt. Eraſmum verò eiuſdemque familiarem Gilb. Cognatum, μαίεται pro *quærere* legiſſe video. Certè ex litterarum compendiis, vt fit, natum mendum. Notus autem è Luciano & Ariſtophane ἐν εἰρήνῃ Apologus de aquila & ſcarabæo. Adagium etiam explicant alij aliter. Apoſtolius & Diogenianus vſurpatum aiunt in eos qui iniuriam ab aliis accipiunt: ampliùs verò Suidas, de iis qui à maioribus læſi ſeſe vlciſcuntur.

21. Diogenianus & Apoſtolius, nominandi caſu: nos ἄγειν exaudimus & hîc & in Vatican. in quo ἀληλεσμένην ζωὴν legitur. Suidas bifariàm exponit, de iis qui glandibus victitãt, vel qui facillimè agitant; quod poſterius Apoſtolium amplecti video. Mihi quoque vſurpari poſſe videtur de iis, qui partis alienis fruuntur, vt heredes paternorum bonorũ; quod in vitę felicitate Martialis numerat: *Res non parta labore, ſed relicta.* Pro βίον μεμαλαγμένον *permolitam*, Diogenianus βίον μεμαγμένον habet. quomodo & Ariſtoph. ἐν ἱππεῦσι non ſemel, vt:

Ἐγὼ δὲ μαζίσκας γε διαμεμαγμένας
Καὶ τὸ ὄψον ὀπτόν. ————
Benè maceratas ego dabo tibi maſſulas,
Cibumque coctum. ————

22. Sic Comicus in Andria:

Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat.

23. Eadem Diogenian. Suidas & Apoſtolius. Huic affine eſſe docet Suidas illud:

Ἁλῶν δὲ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν, εἶθ' ἔβη.
Sal abiit illuc, vnde dimanauerat.

de quo vide hîc infrà.

24. Emen-

24. Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον τελέθειν καὶ χώρᾳ ἕπεσθαι.] Ὅτι προσήκει ἕκαστον ἐξομοιοῦν ἑαυτὸν τούτοις, ἐν οἷς ἂν καὶ γένηται τόποις· ἐκ μεταφορᾶς τοῦ πολύποδος.

25. Ἅλα καὶ κύαμον.] Ἐπὶ τῶν εἰδέναι μέν τι προσποιουμένων, οὐκ εἰδότων δέ. ἐπεὶ οἱ μάντεις εἰώθασι τιθέναι τὸ ἅλα καὶ κύαμον περὶ τῶν μαντευομένων· ὅθεν καὶ τοῖς τῶν ἀπορρήτων κοινωνοῦσι, κύαμον ἐτίθουν.

26. Αἲξ οὐρανία.] Κρατῖνος φησὶ καθάπερ Διὸς αἶγα Ἀμάλθειαν, οὕτω καὶ τῶν δωροδοκούντων αἶγα οὐρανίαν. οἱ δὲ τοὺς εἰς τὸ ἀργυρίζεσθαί ποθεν ἀφθόνως ἀφορμὰς παρέχοντας, οὕτως εἰώθασι λέγειν κωμῳδοῦντες, ἐπεὶ καὶ τὸ Ἀμαλθείας κέρας ἔχων, πᾶν ὃ βούλεται εἶχεν.

27. Αἲξ τὴν μάχαιραν.] Παροιμία ἐπὶ τῶν κακῶς τι καθ' ἑαυτῶν ποιούντων, ἀπὸ ἱστορίας τοιαύτης· Κορίνθιοι θυσίαν τελοῦντες Ἥρᾳ ἐνιαύσιον, τῇ ὑπὸ Μηδείας ἱδρυνθείσῃ καὶ Ἀκραίᾳ καλουμένῃ, αἶγα τῇ θεᾷ ἔθυον. τινὲς δὲ τῶν κομισάντων μισθωτῶν ἔκρυψαν τὴν

24. Proque loco nunc hunc fieri, nũc expedit illũ.] Decere vnũquemq; iis ſeſe accommodare, in quibus verſetur, locis, ducta à polypo tralatione.

25. Salem & fabam.] In eos qui, quod neſciũt, ſcire ſe ſimulãt. Nam vates oracula cõſulentibus ſalem & fabam apponebant: vnde qui arcanorũ participes alios faciebant, fabam proponebãt.

26. Capra cæleſtis.] Cratinus extulit, vt Iouis capram Amaltheam, ſic & munera per corruptelam accipientium Capram cęleſtem. Quidam eos qui largas occaſiones præbebant aliis ad lucrandum, ita ſolebant quaſi Comico ludentes ioco perſtringere: quoniam & Amaltheæ cornu qui poſſideret, ei ad votum præſtò eſſent omnia.

27. Capra gladium.] Prouerbium in eos qui exitium ſibi accerſunt, hac ferè narratione: Corinthij ſacrificantes quotannis Iunoni, cui Medea ſtatuam poſuerat, dictaque Acræa eſt, capram Deæ immolabant. Atque ij, qui cædendam hoſtiam mercede conducti attule-

24. Emendo, καὶ χώρᾳ. cui affine, Νόμῳ καὶ χώρᾳ, ſcil. ἕπου. Ariſtoph. Ἀσκεῖν τὸ ἐπιχώριον τρόπον. Similia ex Pindaro, Theognide, & Clearcho apud Athenæũ collegit Deſiderius Chiliaſtes, Adagio *Polypi mentẽ obtines.*

25. Καὶ κύαμον.] Ambigi meritò queat, legendúmne καὶ κύμινον ex Plutar. Sympoſiac. lib. v. Quæſt. x. *Cuminum* enim, vt & *ſal*, ſeu *menſam*, ſocietatis ſymbola eſſe ex eodem diſputat Eraſmus, Adag. *Qui circa ſalem & fabam.* Copioſiùs verò Bernardinus Gomeſius Miedes, Epiſc. Hiſpanus, ſingulari de Sale Commentario. Mox paulò aliter Diogenianus περὶ ἅλα καὶ κύαμον ἔλεγον. Nos Zenobium expreſſimus.

26. Affinia hæc Adagia duo: quorum de altero *Cornu copiæ*, infrà Zenobius, copioſiùs Diogenianus, Apoſtolius, & è Naſone ac Plutar. aliiſque Deſiderius. De priore verò Plutarchus Cõmentario De audiẽdis poëtis; in Comœdia veteri Polyagrum quemdam, ob vxorem proſtitutam, immenſumq; quæſtum, οὐράνιον αἶγα notatum refert.

27. Parœmia eſt Corinthiorũ, vt ex Suida & Apoſtolio Byzantio colligo, vbi integrè eſt ἡ αἲξ δοῦσα τὴν μάχαιραν. ſed in Apoſtolio vitioſè Ἀσκραία Iuno, quaſi è patria ſit Heſiodi, quæ Ἀκραία ἀπὸ τῆς Ἄκρας promõtorio dicta.

tulerant, occultato cultro, cùm oblitos sese simularent, pedibus capra eruens detexit, & simulationem illorum redarguit, cædisque suæ causa exstitit. Hinc natum Prouerbium.

28. Non lacrymosum bellum.] De iis qui absque omni periculo facilè & præter spem omnem negotia expediunt.

29. Quæ fieri non possunt sectaris.] In eos qui viribus maiora aggrediuntur.

30. Adrastia Nemesis.] Sumtú ab Adrasto. Dicitur verò de iis, qui à prospera fortuna in aduersam deciderunt. Eteocles enim & Polynices, post interitum Oedipi patris, de regno Thebarum, iam adepti, hac lege inter se pacti sunt, vt vnus imperiũ alternis annis administraret. At Eteocles dominationem tenens, exacto tempore, vices regni fratri tradere recusauit. Itaq; Polynices patria pulsus in Adrasti ditionẽ Argos profugit, noctuq; ad regiam appulit; ibique in Tydeum cùm incidisset, è Calydone ob cædem factam profugum, cum eodem manus conseruit. Exorto inter hos cla-

μάχαιραν, καὶ σκεπτομένων ἔνθα ἀπέθετο, ἡ αἴξ τοῖς ποσὶν ἀνασκαλεύσασα ἀνεῦρε, καὶ τὴν μὲν σκῆψιν αὐτῶν διήλεγξεν, ἑαυτῇ δὲ τῆς σφαγῆς αἰτία ἐγένετο· ὅθεν ἡ παροιμία.

28. Ἄδακρυς πόλεμος.] Ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνου παντὸς, ῥᾷστα δὲ καὶ παρ' ἐλπίδα τὰ πράγματα κατορθούντων.

29. Ἀδύνατα θηρᾷς.] Ἐπὶ τοῦ ἐγχειροῦντος μείζοσιν ἢ καθ' ἑαυτόν.

30. Ἀδράστεια Νέμεσις.] Ἀπὸ Ἀδράστου· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονησάντων, ὕστερον δὲ δυστυχησάντων. Ἐτεοκλῆς γὰρ καὶ Πολυνείκης, μετὰ τὴν ἀπώλειαν τοῦ ἰδίου πατρὸς Οἰδίποδος, τὴν βασίλειαν Θηβῶν παραλαβόντες περὶ ταύτης συντίθενται πρὸς ἀλλήλους, καὶ αὐτοῖς δοκεῖ τὸν ἕτερον παρ' ἐνιαυτὸν ἄρχειν, καὶ οὕτως κατ' ἔτος τὴν βασίλειαν ἀμείβεσθαι. ἄρξαντος οὖν Ἐτεοκλέους καὶ μὴ βουλομένου τῷ ἀδελφῷ τὴν βασίλειαν παραδοῦναι μετὰ τὴν τοῦ χρόνου παρέλευσιν, Πολυνείκης ἐφυγαδεύθη, καὶ πρὸς Ἄργος ἀφικόμενος τοῖς τοῦ Ἀδράστου βασιλείοις προσεπέλασε νύκτωρ, καὶ προστυχὼν ἐκεῖσε τῷ Τυδεῖ φεύγοντι ἐκ Καλυδῶνος, δι' ὃν εἰργάσα-

---

dicta. Liuius li. XLII. ab V.C. *Promontorium, inquit, est aduersus Sicyonem Iunonis, quam vocant Acraam, &c.* Meminit eius in Medea Euripides, & pluribus Pausan. lib. II. Strabo lib. VIII. oraculum eius nominat. & Tertull. lib. ad vxorem, emendante Rhenano: *Acrea Iunoni apud Aegium opidum virgo sortitur.*

28. Addit Diogenianus, & ex illo Apostolius, Adagij originem: puta oraculum Lacedæmoniis datum, fore vt incruenta pugna Arcadum victores euaderent. Atque ita etiam Zenob. Vatic. Ὁ γὰρ Δωδωναῖος, Λακεδαιμονίοις πολεμοῦσιν Ἀρκάδας πρὸς μάχην ἄδακρυν ἔσεσθαι. οἱ καὶ βαλόντες ἐνίκησαν μηδενὸς ἀποθανόντος. *Iupiter Dodonæus, cum Lacedæmoniis pugnantes Arcadas illacrymabili bello superiores fore. qui & facto impetu, nemine desiderato, superiores euaserunt.*

29. Θηρᾷς.] Metaphora venantium qui feras inuestigant, vnde Adagij speciem præferre visum & Erasmo. Chilonis est Apophthegma: *Quod effectum dare nequeas, tentandum non esse.*

30. Diogenianus effert hoc modo, ἡ Νέμεσις

γήσατο φόνον, συνάπτει μάχην. γενομένης δὲ βοῆς, Ἄδραστος ἐπιφανεὶς τούτους διέλυσε. καὶ λογίου τινὸς ἀναμνησθεὶς λέγοντος αὐτῷ, κάπρῳ καὶ λέοντι τὰς θυγατέρας συζεῦξαι, ἀμφοτέρους εἵλετο νυμφίους. εἶχον γὰρ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων, ὁ μὲν προτομὴν λέοντος, ὁ δὲ κάπρου. ὑπέσχετο οὖν καὶ ἀμφοτέρους εἰς τὰς ἰδίας ἀποκαταστῆσαι πατρίδας. καὶ πρῶτον ἐπὶ Θήβας στρατεύει, ἔνθα τῶν ἀρίστων Ἀργείων πεσόντων μόνος διέφυγεν Ἄδραστος. τοὺς δὲ νεκροὺς αὐτῶν ἀτάφους τῶν Θηβαίων ῥιψάντων καὶ μὴ διδόντων ταφῇ, οἱ τῶν ἀποθανόντων παῖδες πρὸς τὸν τοῦ Ἐλέου καταφυγόντες βωμὸν τοὺς νεκροὺς ἐζήτουν. Ἀθηναίων δὲ στρατευσαμένων, οἱ νεκροὶ δίδονται. ὅτε καὶ Εὐάδνη ἡ τοῦ Καπάνεως γυνὴ ἑαυτὴν τῇ πυρᾷ βαλοῦσα τῷ τοῦ ἀνδρὸς συγκατεκαύθη νεκρῷ. μετὰ δὲ χρόνους οἱ τῶν ἀπωλομένων Ἀργείων παῖδες ἐπὶ Θήβας μίαν νίκην ἰδίαν ἔχον, ἀλλ᾽ ἐπὶ μισθῷ ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἐμάχοντο.

31. Ἁρπαγὰ τὰ Κιννάρου.] Ταύτης μὲν μέμνηται Καλλίμαχος ἐν ἰάμβοις. Τίμαιος δὲ ἔφη ὅτι Κίνναρος ἐγένετο πορνοβοσκὸς Σελινούσιος. πλουσιώτατος γοῦν ἐκ τῆς ἐργασίας γενόμενος, ζῶν μὲν ἐπηγγέλλετο τὴν οὐσίαν ἱερὰν τῇ Ἀφροδίτῃ καταλεῖψαι,

more, interuenit Adrastus, pugnámque diremit. Atque ibi recordatus simul oraculi cuiusdam, quo monitus fuerat, vt apro & leoni filias suas nuptui daret, vtrumque sibi generum adsciuit. Habebant enim in clypeis alter apri, alter leonis imaginem. Pollicitusque se vtrumq; in patriam restituturū. Cúmque primùm in Thebas expeditionem suscepisset, cæsis Argiuorum optimatibus, Adrastus solus effugit. Interfectorum cadauera cùm Thebani abiicerent, neque sepulturæ mandarent, liberi cæsorum ad aram Misericordiæ confugientes parentum cadauera reposcebant. Atheniensibus verò exercitum admouentibus, Thebani cadauera reddiderunt. quo tempore & Euadne Capanei vxor semet in rogum abiiciens, vnà cum viri cadauere combusta est. Post id temporis filij interfectorum Argiuorum, aduersus Thebas vnam victoriam propriam reportarunt, sed stipendiarij pro externis militabant.

31. Rapinam bonorū Cinnari.] Huius meminit in Iambis Callimachus. Timæus verò refert Cinnarū fuisse lenonem patria Selinusium, qui hac arte ad summas opes peruenerit. Is viuens pollicebatur se diuitias Veneri consecra-

μετὰ πόδας βαίνει: *Nemesis ad pedes adest.* Similia verò Prouerbia de Nemesi & Adrasto ad Chiliasten Henricus Stephanus collegit. De oraculo apri & leonis legendus est Græcus Euripidis interpres pagina 161.

31. Chiliastes Eras. Adagium sic concepit: Ἁρπαγὴ τῶν Κιννάρου. neque Callimachi ille meminit: vt nec Suidas Iamborū Callimachi, de quibus in placitis Philosophorum lib. primo Plutarchus; & Etymologista in voce Ἄλες laudat Callimachi χωλιάμβοις. Vitiosè autem Hesychius: Ἁρπαγὴ τὰ κόρνα, &c.

craturum; moriens verò prædæ ac direptioni exposuit.

32. Scyrius principatus.] De rebus exilibus, nulliusque momenti, eò quòd petricosa sit & sterilis Scyrus.

33. Ardeas tunica.] In eos qui clàm adurunt, perdunt, calumniantúrque. Sumptum à Deianiræ veste Herculi missa, qua incensus ille periit. Centauris enim ab Hercule deuictis, vnus Nessus nomine effugiens, ad flumen Euenũ peruenit; ad quod degens aduenas transuehebat. Hercule casu ad Ceycem in Trachinam vnà cum Deianira cogitante, flumen ipse traiecit, negotiumque Nesso, mercede proposita, dedit, Deianiram vt transmitteret. At ille in transuehẽdo stuprum mulieri inferre conatus fuit. Vociferante illa audiens Hercules, iaculo Nessi cor transuerberauit. Hic verò iam moriturus, aduocata Deianira; Si cupis (inquit) philtro, amoris poculo, apud maritũ vti, sanguinem è meo cuspidis vulnere collige. Paruit illa, & sanguinem asseruauit. Discedens itaq; in Trachinam Hercules, atq; inde ducto in Oechaliam exercitu, vrbem vi cepit ac diripuit, captiuamque Iolam abduxit. Ioui verò re benè gesta grati animi sacra oblaturus, egregiam vestem sibi à Deianira mitti postulauit. Illa de Iolæ raptu certior facta, &, ne ampliùs quàm se adama-

τελευτῶν δὲ τὰ ὄντα, προὔθηκεν εἰς ἁρπαγήν.

32. Ἀρχὴ Σκυρία.] Παροιμία ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων· παρόσον πετρώδης καὶ λυπρά ἐστιν ἡ Σκῦρος.

33. Αἴθης πέπλος.] Ἐπὶ τῶν ὑποκαιόντων καὶ φθειρόντων καὶ διαβολὰς ποιούντων. εὕρηται δὲ παρόσον ἡ Δηϊάνειρα πέπλον ἔπεμψεν Ἡρακλεῖ, ὑφ' οὗ καυθεὶς ἐφθάρη. Ἡρακλέους γὰρ τοὺς Κενταύρους καταπολεμήσαντος, εἷς αὐτῶν Νέσσος ὀνομαζόμενος διαφυγὼν ἧκεν ἐπὶ ποταμὸν Εὔηνον, ἐν ᾧ καθιζόμενος τοὺς παραπλέοντας διεπόρθμευεν. ἀπερχόμενος δὲ Ἡρακλῆς πρὸς Κήϋκα εἰς Τραχῖνα ἧκε μεθ' ἑαυτοῦ τε Δηϊάνειραν. αὐτὸς μὲν οὖν Ἡρακλῆς τὸν ποταμὸν διΐει· Δηϊανείρας δὲ μισθὸν αἰτηθεὶς, ἐκέλευσε Νέσσῳ διακομίζειν. ὁ δὲ διαπορθμεύων ἐπεχείρει βιάζεσθαι. τῆς δὲ ἀνακραγούσης αἰσθόμενος Ἡρακλῆς ἐτόξευσε Νέσσον εἰς τὴν καρδίαν. ἕως δὲ μέλλων τελευτᾶν προσκαλεσάμενος Δηϊάνειραν εἶπεν· εἰ θέλοι φίλτρον πρὸς Ἡρακλέα ἔχειν, τὸ μὲν ἐκ τοῦ τραύματος τῆς ἀκίδος αἷμα ἐκμάξασθαι. ἡ δὲ ποιήσασα τοῦτο, ἐφύλαττε παρ' ἑαυτῇ. ἀπελθὼν οὖν Ἡρακλῆς εἰς Τραχῖνα, κἀκεῖθεν στρατευσάμενος ἐπὶ τὴν Οἰχαλίαν, τὴν πόλιν αἱρεῖ, καὶ λῃΐσας ταύτην, ἦγεν Ἰόλην αἰχμάλωτον. μέλλων δὲ τῷ Διὶ χαριστήρια θύειν, ἔπεμψε πρὸς Δηϊάνειραν λαμπρὰν ἐσθῆτα ζητῶν. μαθοῦσα δὲ Δηϊάνειρα τὰ περὶ τὴν Ἰόλην, καὶ δείσασα μὴ ἐκεί-

32. Pluribus Prouerbij occasionem vsumque commemorant, Suidas, eumque secutus Apostolius. nisi quòd λυπηρὰ tribus syllabis, pro λυπρὰ, *aspera* pro *sterili* habet. Iulius Pollux lib. VIII. Σκυρίαν δίκην *de iudicio seuero ac rigido* interpretatur, meminitque eius Suidas & Hesychius.

33. Αἴθης.] Sic Diogenianus legit. Apostolius

ἐκείνην μᾶλλον ἀγαπήσῃ, νομίσασα τῇ ἀληθείᾳ φίλτρον εἶναι τὸ ῥυὲν αἷμα Νέσσου, τούτῳ τὸν χιτῶνα ἔχρισεν. ἐνδυσάμενος οὖν Ἡρακλῆς, ἔθυεν. ὡς δὲ θερμανθέντος τοῦ χιτῶνος ὁ τῆς ὕδρας ἰὸς τοῦ χρωτὸς καθήπτετο, τὸν χιτῶνα ἀπέσπα προσπεφυκότα τῷ σώματι, συναπεσπῶντο δὲ καὶ αἱ σάρκες αὐτοῦ. τοιαύτῃ συμφορᾷ κατασχεθεὶς Ἡρακλῆς, εἰς Τραχῖνα πρὸς Δηιάνειραν κομίζεται. αὕτη μὲν οὖν αἰσθομένη τὸ γεγονὸς, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Ἡρακλῆς δὲ ἐντειλάμενος Ὕλλῳ, ὃς ἦν ἐκ Δηιανείρας αὐτῷ παίδων πρεσβύτερος, Ἰόλην γῆμαι, παρεγένετο εἰς Οἴτην ὄρος, ἔνθα πυρὰν ἀνῆψεν, ἧς ἐπιβὰς, ὑφάπτειν ἐκέλευσε. μηδενὸς δὲ τῶν σὺν ἐκείνῳ τοῦτο πράττειν ἐθέλοντος, Ποίας παριὼν κατὰ ζήτησιν ποιμνίων, τὴν πυρὰν ὑφῆψεν· καὶ τούτῳ τὰ τόξα Ἡρακλῆς ἐδωρήσατο. καιομένης δὲ πυρᾶς, λέγεται νέφος ὑποστὰν μετὰ βροντῆς αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀναπέμψαι.

34. Αἵματα κλαίειν.] Κατὰ ὑπερβολὴν, οὐ δάκρυσιν ἀλλ' αἵμασι κλαίειν.

35. Αἱροῦντες ᾑρήμεθα.] Ἐπὶ τῶν

ret, verita, verum esse philtri poculũ rata, quem è Nessi vulnere sanguinẽ hauserat, vestem eo tinctam viro misit. Hac Hercules indutus sacris est operatus; calente verò veste, ac serpentis veneno iam excitato cutem iam inuadente, vestẽ de corpore detraxit, caróq; simul lacerata sequebatur. Hac igitur calamitate discruciatus Hercules ad Deianirã in Trachinã æger deducitur. Ipsa, errore cognito, laqueo sibi vitã finiuit. At Hercules Hyllo (quem ex Deianira sustulerat) natu grandiori iussit, Iolam vt duceret. Abiit inde in Oetam montẽ, ibiq; rogo exstructo, eumdem conscẽdit, pyramq; incendi iussit. Detrectantibus, qui aderant, comitibus ignem subdere, Pœas fortè pecudes suas quærens aduenit, & rogum incendit, eiq; Hercules pro officio tela donauit. Ardente iam rogo, ferũt nebulam cum tonitru cinxisse Herculem, in cælumque vexisse.

34. Sanguinem flere.] Hyperbole est prouerbialis, non lacrymis sed sanguine plorare.

35. Captantes capti sumus.] De iis

stolius αἴθεις ἐν πέπλῳ. Hen. Stephano cum Erasmo non conuenit, qui *ardens vestis* reddiderat, vt & Gilb. Cognatus, cùm αἴθεις Verbum sit, non autẽ Participium aut Nomen. Verti itaque *ardeas ô tunica*. Mox pro ἦκε, omnino legendum est ἧκε.

Egregiam vestem sibi.] Licham nominari video, qui Herculi à Deianira missam vestem tulerit, quem furens Herc. in mare proiecit. vnde *rupes Licha* dicta. Meminit Festus Pompeius. Fabulam verò narrat copiosè Naso, lib. IX. Metamorph. & in Hercule furente Seneca Tragicus, & Martinus Delrius noster, doctus interpres.

Pœas forte pecudes.] Philoctetæ hic pater fuit. Sagittas autem reliquisse Philoctetę comiti Herculem Tragici memorant: qua in re à Petro Victorio lib. II. Variar. Lect. cap. XIV. Benedictus Ægius Spoletinus, doctissimus Apollodori Bibliothecæ interpres, valdè discedit, & Ioan. Brodæus lib. I. Miscellan. cap. XV.

34. Atticismus est, qualis Latinorũ *sanguinem pluit*. Apostolius αἵματι κλάειν. Diogen. verò multitudinis numero αἵμασι. Simile etiam adfert ille, αἵματι ὕειν.

 36. Gra-

iis qui alios superare se posse sperantes ab iisdem capiuntur.

36. Gratiæ nudæ.] Oportere largè & apertè gratificari monet: vel in ingratos, qui se omni gratia atque ornatu exspoliant, adhibetur.

37. Ibyci grues.] De iis qui nec-opinantes in quos peccarunt, ab iisdem puniuntur. Ibycus enim (*poëta*) à latronibus interfectus, & grues superuolantes aspiciens testes inuocauit. Grassatores aliquanto pòst tempore in theatro grues volantes conspicati, in aurem inuicem insusurrarunt, Αἱ Ἰβύκου γέρανοι. Mox hoc nomine capti cædis pœnam dederunt.

38. Littori loqueris.] De iis qui non audiuntur. Simile: *Vento loqueris.*

39. Tranquillo remigare aëre.] De frustrà laborantibus dicitur.

40. A Vesta incipiens.] Tralatum ab iis qui sacris operantur. Mos enim erat à Vesta initium ducere.

ἐλπισάντων κρατεῖν τινῶν ὑπ' ἐκείνων ἁλόντων.

36. Αἱ Χάριτες γυμναί.] Ἤτοι, ὅτι δεῖ ἀφειδῶς καὶ φανερῶς χαρίζεσθαι· ἢ, ὅτι οἱ ἀχάριστοι τὸν ἑαυτῶν κόσμον ἀφῄρηνται.

37. Αἱ Ἰβύκου γέρανοι.] Ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως ἀφ' ὧν ἥμαρτον κολασθέντων. Ἴβυκος γὰρ ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρούμενος, καὶ γεράνους ὑπερίπταμένας ἰδὼν, ἐμαρτύρατο. χρόνου δὲ παρελθόντος οἱ λῃσταὶ ἐν θεάτρῳ θεώμενοι γεράνους ἱπταμένας, πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, Αἱ Ἰβύκου γέρανοι. εἶτα ἐκ τούτου ἁλόντες ἐκολάσθησαν.

38. Αἰγιαλῷ λαλεῖς.] Ἐπὶ τῶν ἀνηκόων. ὁμοία δὲ καὶ τῇ, Ἀνέμῳ διαλέγῃ.

39. Αἰθέρα νήνεμον ἐρέσσειν.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

40. Ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενοι.] Μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ δρωμένων. ἔθος γὰρ ἦν τῇ Ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι.

41. Ἀί-

36. Gratiæ cur nudę pingerentur ac fingerentur, cur inuicem implexæ, disputat lib. de Beneficiis primo L. Seneca cap. 2. & Horatij interpretes ad illud:

Gratia cum nymphis geminisq́; sororibus audet
Ducere nuda choros.

37. Historiam hanc diuinæ argumentum Prouidentiæ etiam Christiani vsurpant, Nemesius, aliique. Plutarchus quoque lib. περὶ ἀδολεσχίας, vbi à latronibus dictum legas, αἱ Ἰβύκου ἔκδικοι. Ausonius in Monosyllabis:

Ibycus vt periit, vindex fuit altiuolans grus.

Itaque Statium emendat Epicedio in patrem Guil. Canterus lib. I. Nouarum Lectionum cap. XII.

——*volucrumq́; precator*
Ibycus.——

vbi malè vulgò *oblitus* legitur.

38. Affine est, *In vino scribere*, Platoni in Phædro, Tibullo, & Catullo:

In vento, & rapida scribere oportet aqua.

Quod de amantibus vsurpatum discas ex Helladij Chrestomathia, in Photij nostri Bibliotheca, ex Sophocle, pag. 865.

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω.
Mulieris iuramenta aqua inscribo.

39. Erasmus, omisso Zenobio, Hermolai Barbari ex epistola ad Ang. Politianum locum adhibet: Καὶ τοῦ πνεύματος ἁμαρτὼν, φασὶν, ἐπὶ τὰς κώπας χωρεῖ. *Vento deficiente, ad remos, quod aiunt, confugit.* Vaticanus autem codex ἐρέσσειν scriptum habuit.

40. Reddi etiam posset, *A Lare incipiens.* Est autem Aristophanis ἐν σφηξὶ, quo & Plato

41. Ἄϊδος κυνῆ.] Πρὸς τοὺς ἐπικρύπτοντας ἑαυτοὺς διά τινων μηχανημάτων. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Ἅδου κυνῆ, ἣ Περσεὺς χρησάμενος τὴν Γοργόνα ἐδειροτόμησεν. ἡ δὲ ἱστορία ἔχει οὕτως. Ἀκρισίῳ περὶ παίδων γενέσεως ἀρρένων χρηστηριαζομένῳ, ὁ θεὸς ἔφη γενέσθαι παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτείνῃ. δείσας δὲ ὁ Ἀκρίσιος, ὑπὸ γῆν θάλαμον χάλκεον κατασκευάσας, Δανάην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἐφρούρει. ταύτης ὁ Ζεὺς ἐρασθεὶς, καὶ εἰς χρυσὸν μεταμορφωθεὶς διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς αὐτῆς κόλπους ἐρρύη. αἰσθόμενος δὲ ὁ Ἀκρίσιος ἐξ αὐτῆς γεγεννημένον Περσέα, μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρνακα βαλὼν ἔρριψεν αὐτὴν εἰς θάλασσαν. προσενεχθείσης δὲ τῆς λάρνακος ἐν Σερίφῳ νήσῳ, Δίκτυς ἄρας ἀνέθρεψε Περσέα. βασιλεύων δὲ τῆς Σερίφου Πολυδέκτης ἀδελφὸς Δίκτυος, Δανάης ἐρασθεὶς, καὶ ἠνδρωμένου Περσέως μὴ δυνάμενος τελέσαι τὸν ἔρωτα, συνεκάλει τοὺς φίλους, μεθ' ὧν καὶ Περσέα, λέγων, ἔρανον συνάγειν ἐπὶ τοὺς Ἱπποδαμείας τῆς Οἰνομάου γάμους.

41. Orci galea.] In eos, qui se arte quadam occultant ac tegunt. Talis *Plutonis galea*, qua vsus Perseus Gorgonis caput amputauit, hac ferè narratione. Acrisio de masculis liberis tollēdis consulenti responsum datum, nasciturum è filia filium, à quo occideretur. Timens itaque Acrisius, Danaæ filiæ æreum sub terra thalamum condens, eam asseruabat. Huius Iupiter amore captus, in aurum sese transformans, per tectum & impluuium in Danaës gremiū illapsus est. Acrisius verò cognito ex ipsa natum Persea, cum infante scrinio eam includens in mare præcipitauit. Quo scrinio in Seriphū insulam delato, Dictys sublatum Persea pro suo educauit. Huius frater Polydectes, Seripho imperans, Danaën adamauit; verùm Perseo iam grandiore natu, potiri eius amore non potuit. Deinde conuocatis amicis, in his & Perseo, significauit se petere ab iis, vt quæ possent, sibi conferrent ad Hippodamiæ Oenomai filiæ nuptias. Per-

---

Plato in Euthyphrone vtitur, Aristides in Pericle, & sæpè Plutarch. explanatque Eustathius in Homerum. De Vesta verò eruditum exstat Σύνταγμα Iusti Lipsij nostri. Similiter quoque παροιμιακῶς dixit Philo: Ἀφ' ἱερᾶς ἀρχόμενοι: *Ab anchora incipiens.*

41. Orci galea.] Ita reddidi, & statim *Plutonis galeam*, repugnante licet Hygino Astronomico Poëtico lib. II. his verbis: *A Mercurio talaria & petasum accepit, præterea galeam, qua indutus ex aduerso non poterat videri. Itaque Græci ἄϊδος galeam dixerunt esse, non vt quidam inscientißimè interpretantur, eum Orci galea vsum: quæ res nemini docto potest probari.* Natum ex Homero Adagium Iliad. ε. versu 845.

——— αὐτὰρ Ἀθήνη
Δῦν' Ἄϊδος κυνέην, μή μιν ἴδοι ὄβριμος Ἄρης.
——— *sed caßide Pallas*
Orci se texit, ne ipsam Mars cernere posset.

Vbi Scholiastes *Orci galeam* interpretatur νέφος τι καὶ ἀορασίαν. legendus & Apollonij Rhodij interpres, vel ἀπὸ κοινοῦ Sholiastes libro IV. Ἀργοναυτ. extremo. Hesych. sic interpretatur: Ἄϊδος κυνέη ἀθάνατόν τι νέφος, ὃ περιβάλλονται οἱ θεοὶ, ὅταν θέλωσιν ἀλλήλοις μὴ γινώσκεσθαι, &c. *Orci galea, nebula quædam cælestis, qua Dij vestiuntur cùm nolunt cognosci.* Meminit Euseb. lib. III. Præp. Euang. *Plutonis raptoris galea caput tegitur, quod occulti verticis symbolū est.* Adagium verò adhibet Greg. Nazianzenus priore στηλιτευτικῇ in Iulianum, post Platonem

Perſeo autem dicente Gorgonis capiti reſiſtere poſſe neminem, ab aliis equos poſtulauit: à Perſeo verò equis non acceptis, illi mandauit, vt Gorgonis caput afferret. Ductu itaque Mercurij & Palladis ad Phorci delatus eſt filias, Ennyo, Memphedem, & Dino: quæ ſtatim à natali anus fuiſſe feruntur, & vno oculo, vnoque dente tantùm tres præditæ, quibus per vicem vtebantur. Hæc cùm Perſeus ſuſtuliſſet, repoſcentibus illis, redditurum ſeſe affirmauit, ſi viam, quæ ad Nymphas duceret, demonſtraſſent. Erant his Nymphis alata talaria, & cibiſis, quam peram aiunt fuiſſe. Habebant & Plutonis galeam, qua qui indutus erat, omnes quidem videbat, conſpiciebatur verò à nemine. Accedens itaque Perſeus, & his inſtructus, talarium adiutus volatu, ad Gorgonas peruenit, quæ tres erant ſorores Euryale, Stheno, & Meduſa. Capita habebant ſerpentum obſita ſquamis; dentes ſuum inſtar maximos, manus ad

τοῦ δὲ Περσέως εἰπόντος καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τῆς Γοργόνος οὐκ ἀντείρειν, παρὰ μὲν τῶν ἄλλων ᾔτησεν ἵππους· παρὰ δὲ τοῦ Περσέως οὐ λαβὼν τοὺς ἵππους, ἐπέταξε τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλὴν κομίζειν. ὁ δὲ Ἑρμοῦ καὶ Ἀθηνᾶς προκαθηγουμένων ἐπὶ τὰς Φόρκου παραγίνεται θυγατέρας, Ἐνυώ, Μεμφήδω, καὶ Δεινώ. ἦσαν δὲ αὗται γραῖαι ἐκ γενετῆς, ἕνα τε ὀφθαλμὸν αἱ τρεῖς καὶ ἕνα ὀδόντα εἶχον, καὶ ταῦτα παρὰ μέρος ἀλλήλαις ἤμειβον. ὧν κυριεύσας ὁ Περσεύς, ὡς ἀπῄτουν, ἔφη δώσειν ἂν ὑφηγήσωνται τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὰς Νύμφας φέρουσαν. αὗται δὲ αἱ Νύμφαι πτηνὰ εἶχον πέδιλα, καὶ τὴν κίβισιν, ἥν φασιν εἶναι πήραν· εἶχον δὲ καὶ τὴν Ἄϊδος κυνῆν, ἣν ὁ ἔχων οὓς μὲν ἤθελε ἔβλεπεν, ὑπ᾽ ἄλλων δὲ οὐχ ὡρᾶτο. ἀπελθὼν οὖν ὁ Περσεύς, καὶ ἀναλαβόμενος ταῦτα, πτηνὸς διὰ τῶν πεδίλων πρὸς τὰς Γοργόνας ἐφέρετο. ἦσαν δὲ αἱ Γοργόνες ἀδελφαὶ τρεῖς, Εὐρυάλη, Στενώ, Μέδουσα· κεφαλὰς μὲν ἔχουσαι περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων, ὀδόντας δὲ μεγάλους ὡς συῶν, καὶ χεῖ-

ρας

tonem lib. x. de Republ. Οὐδὲ εἰ τὴν Ἄϊδος κυνέην, ὃ δὴ λέγεται, περιθέμενος, ἢ τὸν δακτύλιον Γύγου, καὶ τῇ στροφῇ τῆς σφενδόνης χρησάμενος ἑαυτὸν ἀποκλέψειε: *Neque Orci galeam, quod aiunt, induat, aut Gygis annulo & palæ conuerſione ſeſe ſuffuretur.* Et ibi Nonnus Græcus Scholiaſtes num. III. Origenes lib. I. contra Celſum, declarans magis cōueniſſe vt in Ægyptum Chriſtus Herodis conſpectum fugeret, Ἢ τῇ λεγομένῃ παρὰ τοῖς ποιηταῖς Ἄϊδος κυνέῃ, ἤ τι παραπλήσιον ποιεῖν εἶναι περὶ τὸν Ἰησοῦν. *Cùm celebratum illum à poëtis Orci ſeu Plutonis galerum adhibere, ſimilive modo Ieſu conſulere.* Legat etiam, cui vacat, quæ philoſophatur de Cimbris ſuper hac re Ioannes Goropius Becanus lib. IV. Hermathenæ, & Gyraldum Deorum Syntagmate VI.

Παρὰ δὲ τοῦ Περσέως, &c.] Hæc periodus abeſt in editione Aldina.

Ennyo.] Has tres Phorci filias aliter in Theogonia nominat Heſiodus. Lege Ouidium lib. IV. Metamorph.

Καὶ τὴν κίβισιν.] Malè qui per ηκίβισιν ſcribunt in Heſiodi Theogonia, contra metri legem. Eſt autem κίβισις Cypriis πήρα auctore Heſychio. Meminit & Etymologiſta.

Euryale Stheno.] De his ſororibus idē Heſiodus in Theogonia & in Herculis ſcuto, ſi modò eius eſt: Palæphatus, & Lycophronis interpres. Item Orpheus in Hymnis, qui non à Perſeo, ſed ab ipſa Pallade truncatam refert Meduſam.

42. Emen-

ρας καὶ πτέρυγας δι᾽ ὧν ἐφέροντο· τοὺς δὲ ἰδόντας, λίθους ἐποίουν. μόνη δὲ τῶν τριῶν θνητὴ ἦν ἡ Μέδουσα. πρὸς ταύτην ὁ Περσεὺς ἀπεστραμμένος, καὶ βλέπων εἰς ἀσπίδα χαλκῆν, δι᾽ ἧς τὴν εἰκόνα τῆς Γοργόνος ἔβλεπε, τὴν χεῖρα ἔτεινεν, Ἀθηνᾶς αὐτὴν κατευθυνούσης. καὶ καρατομηθείσης τῆς Μεδούσης, αἱ ταύτης ἀδελφαὶ ἀναπτᾶσαι τὸν Περσέα ἐδίωκον. συνιδεῖν δὲ αὐτὸν μὴ δυνάμεναι διὰ τὴν κυνῆν, ὑπέστρεψαν. Περσεὺς δὲ παραγενόμενος εἰς Σέριφον, καὶ καταλαβὼν Πολυδέκτην συγκαλέσαντα τοὺς φίλους αὐτοῦ πρὸς βασίλεια ἀπεστραμμένος, τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος ἔδειξε. τῶν δὲ ἰδόντων ἕκαστος ἀπελιθώθη. καὶ καταστήσας ἐπὶ Σερίφου βασιλέα Δίκτυν, τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος Ἀθηνᾷ δίδωσι, τὴν δὲ κυνῆν Ἑρμῇ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ πέδιλα καὶ τὴν κίβισιν, ὁ δὲ πάλιν ἀπέδωκε ταῖς Νύμφαις. ἀναλαβόμενος οὖν Περσεὺς τὴν μητέρα, πρὸς Ἄργος ἐσπούδεν, ἵνα τὸν Ἀκρίσιον θεάσηται. ὁ δὲ τοῦτο μαθὼν, καὶ δεδοικὼς τὸν χρησμὸν, ἀπολιπὼν Ἄργος εἰς Λάρισσαν παραγίνεται. τοῦ δὲ τῶν Λαρισσαίων βασιλέως γυμνικὸν ἀγῶνα διατιθέντος ἐπὶ κατοιχομένῳ τῷ πατρὶ, παρεγένετο, καὶ ὁ Περσεὺς ἀγωνίσασθαι θέλων. ἀγωνιζόμενος δὲ πένταθλον, δίσκον ἐπὶ τὸν Ἀκρισίου πόδα βαλὼν ἀπέκτεινεν αὐτόν. καὶ οὕτω πέρας εἴληφεν ὁ χρησμός.

42. Αἲξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ᾽ ἐπὶ δώματα παίζει.] Ἐπὶ τῶν οὔπω τεχθέντων καὶ ὁμοίων λεγομένων.

hæc & alas, quibus per aëra ferebantur. Quicumque ipsas aspicerent, in lapides conuertebant. Sola è tribus Medusa mortalis erat. Ad hanc conuersus Perseus, & defixis in clypeum æreum oculis, quo Gorgonis faciem contemplabatur, manum, quam Pallas dirigebat, extendens, Medusam obtruncat. Quo viso aduolátes reliquæ sorores Perseum insequebantur, cumq; ob galeam conspicere nequirent, re infecta reuersæ sunt. Perseus verò in Seriphum rediens, Polydectem amicos in regiam conuocantem est aggressus, & ad regiam concurrentibus Gorgonis caput ostendit; quo conspecto in lapides singuli vertebantur. Constituto autem Seriphi rege Dicty, Gorgonis caput Palladi donauit, galeam verò Mercurio, vt & talaria ac peram; qui Nymphis vicissim restituit. Accepta itaque matre Danaë Perseus Argos properauit, Acrisium visurus. Qua re ille cognita, & oraculi memor, relicta Argo, Larissam se contulit. Larissæorum rege gymnicum certamen in patris funere instituente, accessit & certaturus Perseus. Certans verò vt quinquertio, discum in Acrisij pedem mittens, occidit. Atque hic exitus oraculum verum ostendit.

42. Nondum enixa capra est, dum ludit in ædibus hœdus.] De rebus nondum natis & tamen antè pronuntiatis.

43. Aia-

42. Emendaui Græcum versum numeris, & Suidæ ἔριφος δ᾽ ἐπὶ δώματα παίζει.

43. Arie-

43. Aiacis risus.] In eos qui temerè atque impudenter cachinnantur. Aiax enim amentia captus ac furens, quòd Vlysses in Achillis armorum successione prælatus esset, districto in Græcos ense sæuiebat, Deorumque prouidentia in pecora insiliens, quasi Achiui essent, iugulabat. Duos verò arietes maximos suspendens, velut Agamemnonem & Menelaum, vinctos lorarius flagellabat, & insano cum risu insultabat. Pòst resipiscens, mortem sibi consciuit.

44. Ad satietatem.] Prouerbium est, vt ad fastidium insulsus hic est: ad satietatem vsque fucum fecit.

45. Cane quæ Tellen.] In dicaces iactatum Prouerbium. Tellen enim tibicen ac Melicus poëta ludicra reliquit, numeris apta, magnáque gratia & scommatis plena.

46. Æthiopem lauans.] De iis, qui superuacaneum nihilque profuturum laborem suscipiunt.

47. Æsopicus sanguis.] De iis,

43. Αἰάντειος γέλως.] Ἐπὶ τῶν παραφρόνως γελώντων. ὁ Αἴας γὰρ παραφροσύνῃ νοσήσας καὶ μανεὶς, διὰ τὸ προτιμηθῆναι τὸν Ὀδυσσέα εἰς τὴν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων κατοχὴν, κατὰ τῶν Ἑλλήνων ξιφήρης ὥρμησε· καὶ κατὰ τῶν βοσκημάτων προνοίᾳ θεῶν τραπεὶς, ὡς Ἀχαιοὺς ταῦτα φονεύει. δύο δὲ μεγίστους κριοὺς κατασχὼν, ὡς Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον δεσμεύσας ἐμάστιξε, καὶ κατεγέλα τούτων μαινόμενος. ὕστερον δὲ σωφρονήσας, ἑαυτὸν κτείνει.

44. Ἄχρι κόρου.] Παροιμία ἐστὶν, ὅτι ἄχρι κόρου ἐκεῖνος ἀναίσθητος· ὅστις γὰρ οὗτος ἄχρι κόρου ἐφενάκισεν.

45. Ἄειδε τὰ Τέλληνος.] Ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν τίθεται ἡ παροιμία. Τέλλην γὰρ αὐλητὴς ἐγένετο καὶ μελῶν ποιητὴς, παίγνιά τε κατέλιπεν εὐρυθμότατα, καὶ χάριν ἔχοντα πλείστην καὶ σκώμματα κομψότατα.

46. Αἰθίοπα σμήχων.] Ἐπὶ τῶν μάτην ἀνήνυτον ἔργον ἐπιτελούντων.

47. Αἰσώπειον αἷμα.] Ἐπὶ τῶν δυσαπονί-

43. Arietes maximos.] Non *sues*, vt Erasmus reddidit, sed *μεγίστους κριοὺς*, vt Sophocles disertè in Aiace *μαστιγοφόρῳ*. cuius Scholiastes non Agamemnonem & Menelaum, sed Vlyssem, Nestorem, aut Menelaum cædi à se Aiacem putasse refert.

44. Suidas totidem verbis: sed nescio cur *ingurgitauit* ἐφενάκισεν hîc Cognatus reddidit, quod est *ludificari* atque *decipere*. Affine huic illud apud Iulium Pollucem libro v. cap. 38. *πέρα κόρου προελήλυθα, ad satietatem perueni*, & *ἄχρι χείλους, vsque ad labium*. vbi in textu γὰρ οὗτος, videtur scribendum ἢ οὗτος.

45. Repetit Zenobius infrà Centuria 2. Adag. 15. cuius etiam Diarchus Messenius meminerit. Meminit & in Apophthegmatis Epaminondę Plutarch. his verbis: Ἦν δὲ αὐλητὴς ὁ μὲν Τέλλις κάκιστος, ὁ δὲ Ἀντιγενίδας κάλλιστος: *Tellen pessimus quidem erat tibicen; Antigenidas, optimus.*

46. Lucianus contra indoctum libris nimis tumentem sic adhibet: καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, Αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειρῶ. & notus Æsopi Apologus. nec dissimile Prouerbium Apostolij Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται. Diogenianus similia adfert, Χύτραν ποικίλλεις, καὶ ᾠὸν πλᾶς: *Ollam pingis, & ouum inquinas.*

47. Ἐπειδὴ τοῖς Δελφοῖς.] Vocem Δελφοῖς fugitiuam retraximus, & δυσαπορρύπτοις è Suida restituimus pro δυσαπονίπτοις: quod Gilbertus reddidit, *quæ facilè elui non possunt*. De Æsopi excessu Plutarch. opusculo

De

ἀποτόποις ὀνείδεσι καὶ κακοῖς συνεχομένων. ἐπειδὴ τοῖς [Δελφοῖς] ἀδίκως τὸν Αἴσωπον ἀνελοῦσιν ὠργίσθη τὸ δαιμόνιον. καὶ διὰ τοῦτο τὴν Πυθίαν φασὶν ἀνῃρηκέναι αὐτοῖς, ἱλάσκεσθαι τὸ ἐπὶ Αἰσώπῳ μύσος. οὕτω γὰρ θεοφιλὴς ἐγένετο ὁ Αἴσωπος, ὡς μυθεύεται αὐτὸν ἀναβιῶναι, ὡς Τυνδάρεων, καὶ Ἡρακλῆν, καὶ Γλαῦκον.

48. Αἰγιεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδενὸς ἀξίων. οἱ γὰρ Αἰγιεῖς οἱ ἐν Ἀχαΐᾳ νικήσαντες Αἰτωλοὺς, τὴν Πυθίαν ἐξηρώτων, τίνες εἰσὶ κρείττονες τῶν Ἑλλήνων. ἡ δὲ εἶπεν, Ὑμεῖς δ᾽ Αἰγιεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

49. Ἀκαρπότερος εἶ Ἀδώνιδος κήπων.] Ἐπὶ τῶν μηδὲν γενναῖον τεκεῖν δυναμένων εἴρηται ἡ παροιμία· μέμνηται αὐτῆς Πλάτων ἐν Φαίδρῳ. γίνονται δὲ οὗτοι οἱ κῆποι τοῦ Ἀδώνιδος εἰς ἀγγεῖα κεράμεια σπειρόμενοι, ἄχρι χλόαν μόνον· ἐκφέρονται δὲ ἅμα τελευτῶντι τῷ θεῷ, καὶ ῥίπτονται εἰς κρήνας.

qui ineuitabili iniuria malisq; afficiuntur. Delphis enim, quòd Æsopum per nefas sustulissent, iratum numen fuit. Quamobrem & Pythiam respondisse ipsis ferunt, expiandum esse Æsopo illatum scelus. Hic enim adeò Deo carus extitit, vt in vitam reuocatum fabulentur, vt Tyndareum, vt Herculem, vt Glaucum.

48. Ægienses neque tertij neque quarti.] In homines viles ac frugis nullius. Ægienses enim in Achaia Ætolorum victores, Apollinem consulentes, quinam Græcorum præstarent, responsum tulerunt: *Vos Ægienses neque tertij estis, neque quarti.*

49. Adonidis hortis infructuosiores.] In eos dicitur Prouerbium, qui nihil generosum gignere possunt. Meminit eius Plato in Phædro. Fiebant autem Adonidis horti in testis semine consitis, at gramine dumtaxat. Efferuntur autem vnà cum extincto iam Deo, iaciunturque in fontes.

50. Bene-

De sera numinis vindicta, vbi & Prouerbiũ interpretatur, quoties serò sontes à numine corripiuntur. Plura Max. Planudes, & Ioachim. Camerarius in Æsopi vita.

Vt Tyndareum.] Pollucẽ accipio Tyndari filium creditum, & immortalem, qui & Castorem fratrem immortalem reddidisse fingitur. Virg. VI. Æn. ver. CXXI.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditq; viam toties. ———

vbi & de Eurydice ab Orpheo reducta, ac de Hercule; de quo Alcestidem Admeti coniugem ad superos retrahente suprà diximus Adag. 18. Porrò *Tyndareum puerum* nominat διοσκούρου Valerius Flaccus libro I. Argonaut. & *Tyndareum* Ouid. in Epist. Hermiones. De *Glauco* verò mellis haustu ad vitam reuocato Apostolius ex Palæphato περὶ ἀπίστων ad illud Γλαῦκος πιὼν μέλι ἀνέστη. Similia porrò exempla de iis qui elati reuixerint, colligit C. Plinius lib. VII. Natur. historiæ cap. LII.

48. Quidam Megarensibus datum oraculum hoc scribunt:

Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι.

Plura Suidas. Steph. in Αἴγιον narrat eadem.

49. Platonis locum è Phædro adscribã: Ὁ νοῦν ἔχων γεωργὸς, ὧν σπερμάτων κήδοιτο, καὶ ἔγκαρπα βούλοιτο γενέσθαι, πότερα σπουδῇ ἂν θέρους εἰς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν, χαίροι, θεωρῶν καλοὺς ἐν ἡμέραισιν ὀκτὼ γιγνομένους; ἢ ταῦτα μὲν δὴ παιδιᾶς τε καὶ ἑορτῆς χάριν δρῴη ἄν, ὅτε καὶ ποιοῖ; id est, *Prudens agricola:*

50. Beneuolentia importuna nihil differt à simultate.] Verba sunt Hippolyti ad Phædram, adamare se illum, ac præ ceteris mortalibus deperire iactantem.

51. Acanthia cicada.] De mutis Musarumq; expertibus vsurpatũ. Ferunt enim Acanthias cicadas minimè canere.

52. Acesias medicatus.] De iis qui in peius curant. Aristophanes in Tetrametris extulit: Acesias, inquit, podicem medicatus est. Erat enim medicus is imperitus, qui pedibus ægrum sanare volens malè curauit.

53. Acco.] De stultis ac delirantibus. Acco enim femina notæ fuit stultitiæ, quam ad speculum ferũt cum imagine sua, quasi cum alia muliere confabulari solitam. Hinc & Accissare de id genus hominibus dici cœptum.

54. Ausculta eum cui quattuor sunt aures.] De facilè obtemperanti-

50. Ἄκαιρος εὔνοια, οὐδὲν ἐχθροῦ διαφέρει.] Ταύτην φασὶν Ἱππόλυτον εἰπεῖν πρὸς Φαίδραν φάσκουσαν φιλεῖν τε καὶ στέργειν αὐτὸν μάλιστα ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους.

51. Ἀκάνθινος τέττιξ.] Ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ ἀμούσων λέγεται, παρόσον οἱ Ἀκάνθιοι τέττιγες οὐκ ᾄδουσιν.

52. Ἀκεσίας ἰάσατο.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἰωμένων. ὅλην δὲ Ἀριστοφάνης ἐν τετραμέτροις ἐκφέρει, λέγων, Ἀκεσίας τὸν πρωκτὸν ἰάσατο. Ἀκεσίας γάρ τις ἐγένετο ἰατρὸς ἀφυὴς, ὃς τὸν πόδα τινὸς ἀλγοῦντος κακῶς ἐθεράπευσεν.

53. Ἀκκώ.] Ἐπὶ τῶν μωραινόντων. ἡ γὰρ Ἀκκὼ γυνὴ γέγονεν ἐπὶ μωρίᾳ διαβεβοημένη, ἥν φασιν ἐσοπτριζομένην τῇ εἰκόνι ὡς ἑτέρῳ διαλέγεσθαι. ἔνθεν καὶ τὸ Ἀκκίζεσθαι περὶ ταύτην λελέχθαι.

54. Ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος.] Ἐπὶ τῶν εὐπειθούντων. χρησμὸς

agricolæ nónne ea semina, de quibus maiorem curam gerit, & è quibus fructum exspectat in æstate, in Adonidis hortis summo studio & gaudio seret, vt intra octo dierum spatium pulcros inde fœtus contempletur? an fortaßè, si quando id egerit, festi cuiusdam diei ludiq; gratia id faciet?

50. Οὐδὲν ἐχθροῦ.] Diogenianus & Apostolius ἔχθρας constanter præferunt.

51. Stephanus Byzantius *Acanthum* Ætoliæ opidum facit, mutasq; ibidem cicadas. Plinius lib. XI. cap. XXVII. in agro Rhegino cicadas omnes silere scribit; vltra flumẽ verò in Locris canere. Lege Pausaniam lib. II. Eliacorum, & Straboné lib. VI. Geographiæ: qui & de Eunomo Locrensi ac cicada sonitũ fractæ chordæ supplente, fabulã memorat. de qua pluribus nos ad Photij Bibliothecam in Cononis Narrat. VII. Adde Theophylacti Simocatæ Procemium in Physica Problemata.

52. Ἀκεσίας ꝯ.] Vatic. cod. aliter: Ἐκεῖνο δὲ Ἀκεσίας πρὸς τὸ χεῖρον θεραπεύεται.

53. Ἀκκίζεσθαι.] Vsurpat verbum hoc sæpè Lucianus, sed alia notione pro *dissimulatè recuso*, vt Chiliastes Erasmus & in Thesauro suo Henr. Stephanus obseruarunt. Sic M. Tullius lib. II. Epist. XIX. ad Atticum: *Hoc, opinor, certi sumus periisse omnia: quid enim* ἀκκιζόμεσθα *tam diu*? Plutarchus, περὶ Στωικῶν ἐναντιωμάτων notat *Acco* & *Alphito* mulieres fuisse terriculamenta, vel lamias ac lemures. Etymologista eadem cum Zenobio.

54. Οὐδεὶς ἀψευδέστερος.] Nulla oracula veriora fuisse Apollinis, aliud Adagium indicat, Τὰ ἐκ τρίποδος.

55. Plato

χρησμὸς γὰρ ἐδόθη Ἐντίμῳ τῷ Κρητὶ καὶ Ἀντιφήμῳ τῷ Ῥοδίῳ, φυλάξασθαι τὸν τετράωτον. ἦν δὲ οὗτος λῃστὴς Φοῖνιξ. οἱ δὲ τοῦ χρησμοῦ ἀμελήσαντες ἀπώλοντο. ἢ ἐπὶ τοῦ πολλὰ ἰδόντος καὶ πολλὰ ἀκούσαντος, ὥς Ἀριστοφάνης φησίν. ἄλλοι δὲ, τὴν παροιμίαν παραγγέλλειν τῶν ἀληθευόντων ἀκούειν. οὐδεὶς γὰρ ἀψευδέστερος τοῦ Ἀπόλλωνος. ὃν τετράχειρα καὶ τετράωτον ἱδρύσαντο Λακεδαιμόνιοι, ὥς φησι Σωσίβιος, ὅτι τοιοῦτος ὤφθη τοῖς περὶ Ἀμύκλαν μαχομένοις.

55. Ἀκίνητα κινεῖν.] Καθ' ὑπερβολὴν, ὅτι μὴ δεῖ κινεῖν μήτε βωμοὺς, μήτε τάφους, ἢ ἡρῷα.

56. Ἀκέσεως καὶ Ἑλικῶνος ἔργα.] Ἐπὶ τῶν θαύματος ἀξίων. οὗτοι γὰρ πρῶτοι τὸν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς πέπλον ἐδημιούργησαν· ὁ μὲν Ἀκεσεὺς γένος ὢν Παταρεὺς, ὁ δὲ Ἑλικὼν Καρύστιος.

57. Ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις.] Ἐπὶ τῶν δυσφράστων καὶ δυσνοήτων. οἱ γὰρ τὴν Αἴγιναν νικήσαντες πολέμῳ, ἐκπεσόντες τῆς πατρίδος, ἐχρήσαντο τῷ θεῷ. ὁ δὲ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς ἀνεῖλεν. οἱ δὲ

bus. Oraculum enim Entimo Cretensi & Antiphemo Rhodiensi datum, cauerent sibi ab eo cui quattuor essent aures. Talis erat latro quidam Phœnix. Illi neglecto oraculo perierunt. Vel de eo qui multa videt & audit, vt Aristophanes ait. Alij adhibēt de veritate audienda. Nemo enim Apolline verior est habitus, cuius statuā Lacedæmonij quattuor manibus totidemque auribus collocarunt, vt refert Sosibius, quia talis visus est ad Amyclas pugnantibus.

55. Non mouenda mouere.] Hyperbolicè monemur, neque aras, neque sepulcra, aut heroum sacella violanda.

56. Acesei & Heliconis opera.] De rebus admiratione dignis. Hi enim primi Mineruę Poliadis peplum texuerunt. Acesеus quidem genere Patarensis; Helicon verò Carystius fuit.

57. Summa cape, & medio potieris.] De perplexis & obscuris vsurpatum. Æginetis vi patria pulsis, & de sede quærenda oraculum consulentibus sic obscurè responsum est. Illi ora-

55. Plato & Plutarchus sæpè adhibent. Loca vide apud Erasmum.

56. Poliadis.] Sic dictæ quasi ciuilis aut vrbanæ. πόλις enim κατ' ἐξοχὴν, Byzantium dictum, & ἄστυ vocatæ *Athenæ*, vt *Vrbs* pro Roma. Seruius ad illud Virgilij:

—— *an quò via ducit, in Vrbem?*

Et Donatus ad illud Comici in Eunucho: *An in astu venit?* De hac autem Pallade multa Pausanias in Atticis, & Strabo lib. IX. γεωγρ. Meminit & Ælianus lib. II. ποικ. ἱστ. cap. X. Ὦ πολιὰς Ἀθηνᾶ, καὶ σὺ αἰθέριε Ζεῦ. Malè ergo in scriptis Diogeniani exemplaribus παλλάδος Ἀθηνᾶς legebatur.

57. Medium habuerunt.] Pro habitarunt, vt veteres loquebantur. Platonis autem non dissimilis est locus initio lib. III. De legibus, de primis mortalibus montium cacumina inundationum metu incolentibus; pòst paulatim ad medium, hinc ad pedem, aquarum fontiumque causa migrantibus. Liceat etiam aptare Adagium, hortando ad summa quisque vt contendat; sic enim futurū medium vt teneat. M. Tullius in Bruto: *Prima sequentem, honestum est in secundis tertiisque consistere.* Quò etiam pertinet illud: *Iniquum postula, vt æquum auferas.* Prouerbium aliter paullò Apostolius habet, & concisius in scidis additamentorum è Vaticana.

oraculum interpretantes, summũ montis verticem occupantes, medium habuerunt. Quo fit vt, cùm res ad intelligendum difficiles obscurè significare volumus, hoc Prouerbio vtamur.

συμβαλόντες τὸν χρησμὸν, ἀκρωτήριόν τι καταχόντες καὶ μέσον ᾤκησαν. ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας ὅταν τι δυσνόητον θέλωμεν αἰνίττεσθαι, χρώμεθα τῇ προειρημένῃ.

58. Cotem saginare.] In eos, qui multi cibi sunt, ex quo corpori nihil accedat.

58. Ἀκόνην σιτίζειν.] Ἐπὶ τῶν τροφῇ μὲν πολλῇ χρωμένων, μηδὲν δὲ εἰς τὸ σῶμα ἐπιδόντων.

59. Sine capite fabula.] De imperfecto ac mutilo sermone. Plato: *Si sermonem absque capite libens reliqui.*

59. Ἀκέφαλος μῦθος.] Ἐπὶ τῶν ἀτελῆ λεγόντων. Πλάτων· Ἐὰν μῦθον ἀκέφαλον ἑκὼν καταλίποιμι.

60. Infructuosior oleastro.] De pauperrimis. Lacones enim oleam siluestrem Ἄγριππον nominant.

60. Ἀκαρπότερος ἀγρίππου.] Ἐπὶ τῶν πάνυ πενομένων εἴρηται. Λάκωνες γὰρ τὴν ἀγρίαν ἐλαίαν, Ἄγριππον καλοῦσιν.

61. Summo digito contingere.] De rebus non accuratè meditatis, sed extremo, quod aiunt, digito attactis.

61. Ἄκρῳ ἅψασθαι τῷ δακτύλῳ.] Ἐπὶ τῶν οὐκ ἀκριβῶς ἠσκημένων, οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἁψαμένων.

62. Salem & mensam ne transgrediaris.] De amicis, qui his communiter vtuntur, vti decet.

62. Ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν.] Ἐπειδὴ τοῖς κοινωνήσασι τούτων φίλοις χρῆσθαι δεῖ.

63. Salsi huic nihil inest.] De infitetis ac morosis per risum vsurpatum.

63. Ἅλμη οὐκ ἔνεστ' αὐτῷ.] Ἐπὶ τοῦ ἁλικοῦ καὶ ἀηδοῦς, κατ' εἰρωνείαν, εἴρηται.

64. Ἀλλ'

---

58. Totidem hæc verbis in Suida legi Typographorum στέφανος, omissa tamen per incuriam librarij voce πολλῇ, adnotauit.

59. Platonis locus lib. VI. De legibus: Οὔκουν δή που λέγων γε ἂν μῦθον ἀκέφαλον ἑκὼν καταλίποιμι. Vnde in Zenobio pro εἰπὼν rescribendum ἑκὼν duxi.

61. Vtitur Lucianus in Demonactis vita, & in epistola quadam Basilius, locis ab Erasmo citatis. Eleganter verò Cicero in Cæliana, adiuncta item affini Parœmia: *Multos & vidi in hac ciuitate & audiui, non modò qui primoribus labiis gustassent genus hoc vitæ, & extremis, vt dicitur, digitis attigissent; sed qui totam adolescētiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, vt dicitur, recepisse.*

62. E Pythagoreo fluxisse præcepto apparet. Origenes lib. 2. contra Celsum, Archilochum Parium Iambographum adducit, qui Lycamben, quòd salem ac mensam esset prætergressus, insectatus sit his verbis: Ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν. *Sacramentum irritasti magnum, salem & mensam.* Aristot. lib. VIII. Ethic. Nicomach. Κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι. Demostheni etiam & Chrysostomo ἁλῶν κοινωνοῦντες, *sodales conuictorésque* dicuntur.

63. Pro ἁλικοῦ, quæ hîc vox minimè quadrat, quòd *salsum* significet, Cod. Vatic. γλυκέος καὶ ἀηδοῦς. Rectiùs Suidas: ἐπὶ τοῦ ἀγλαδικοῦς καὶ ἀηδοῦς. Diogenianus & Apostolius ἀναφροδίτου. Catullus:

Nulla

64. Ἀλλ' ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι σε βούλομαι.] Ἐπὶ τούτων εἴρηται, οἳ τοῖς ἑαυτῶν ἔργοις ἢ τέχναις χρώμενοι, τοὺς φίλους εὐεργετοῦσι· παρόσον οἱ ἥρωες τὸ παλαιὸν ἔνοπλοι ὄντες ἐξενίζοντο.

65. Ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ὤναντο.] Ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα κληρονομησάντων τὰ ἀλλότρια.

66. Ἀλλ' οὐδὲν δεῖ παρὰ τὸν βωμὸν βουλεύειν.] Ὅτι μὴ χρὴ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις βουλεύεσθαι, ἀλλὰ περὶ τῶν πραγμάτων· παρόσον καὶ οἱ τὰ ἱερεῖα προσάγοντες, περὶ τοῦ καλλιερῆσαι βουλεύονται.

67. Ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ παγαῖς.] Ἁλώσεται λείπει· παρόσον ἅπαξ διαφυγοῦσα πάγας, δεύτερον οὐκ ἐμπεσεῖται. εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν πονηρὰν συκοφαντίαν ἐκφυγόντων.

68. Ἀλεκτρυόνων μέμφεσθαι κοιλίαν.] Ἐπὶ τῶν περὶ τὸν βίον πολυτελῶν καὶ ἁβροδιαίτων.

69. Ἄλλο γλαύξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται.] Ἐπὶ τῶν τοῖς κρείττοσιν ἐριζόντων ἤτοι ἐπὶ τῶν ἄλλοις οὐ συμφωνούντων.

64. Imò tamquam heros in clypeo hospitio te volo accipere.] De eo vsurpatur, qui suis factis aut artibus fretus benè de amicis meretur. Ductum ab heroibus, qui antiquitus in armis diuersabantur.

65. Alij laborarunt, lucrum alij reportarunt.] De iis qui præter spem aliena adierunt bona.

66. Atqui non est apud aram consultãdum.] Non oportere in ipso opere, sed antè deliberare; vt qui litare volunt, rei diuinæ necessaria præparare solent.

67. At non iterũ vulpes laqueis.] Deest, capitur. quòd semel pedicis ereptа non iterùm incidat. Fertur Adagium de iis, qui improborum calumnias effugerunt.

68. Gallorum incusare ventrẽ.] In homines luxu perditos, ac lautè viuentes.

69. Aliud noctua, aliud cornix sonat.] Aptari potest iis, qui cum præstantioribus contendunt: vel certè, qui aliis non consentiunt.

70. Vul-

Nulla est in tanto corpore mica salis. Quem locum Fabius lib. VI. Institut. Orat. excutit, certantque interpretes. Comicus in Eunucho: *Qui habet salem, qui in te est.* Et Cicero Philipp. 2. *Aliquid salis ab vxore mima trahere potuisti.*

66. Legunt alij hexametron hoc modo:
Ἀλλ' οὐδὲν παρὰ τὸν βωμὸν δεῖ τὰς ἐπινοίας.
Quod extremum displicet Hen. Stephano, malitque βουλεύειν vel βουλὰς hinc mutuari. Mox etiam Aldina editio pro καλλιερῆσαι, voce nihili, legit καλλιερῆσαι, optimè. vnde & καλλιέρημα sacra litata.

67. In Græcis Plutarchi Collectaneis Prouerbiorum M.S. (quę mihi videre nunc demum contigit) repperit hæc Desiderius: Ἀλώπηξ διαφυγοῦσα πάγας, οὐχ ἁλίσκεται. Malè igitur πάτας olim operæ pro πάγας hîc excuderunt.

68. Aristophanes in Vespis, & ex illo Suidas:
Ἀλεκτρυόνος μ' ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν·
Ταχὺ γὰρ καταπέψει τ' ἀργύριον.
Galli me ventrem dixit habere:
Aurum enim citò concoquet.

70. Vulpinari cum vulpe.] In eos qui similes circumſcribere ac fallere tentant.

71. Vulpes muneribus non capitur.] De iis qui muneribus corrumpi nequeunt.

72. Fruſtrà canis.] De incaſſum laborantibus.

73. His lingua, at illis ſunt molares inuicem.] In loquaces, & edaces.

8. Suidas ab altero etiam Diomede deriuasse quosdam auctor est, qui Thraciæ tyrannus hospites equis obiiceret, hoc est, filiabus deformibus constuprandis; vnde Poëtarum fabulæ de *Diomedis equis* homines vorantibus. De hoc verò Diomede & Vlysse Palladij raptoribus idem commemorat Conon Narratione XXXIV. in Photij nostri Bibliotheca pag. 228. Adagij meminit in Concionatricibus Aristophanes, & ibi vetus interpres, enarrans de Diomede Thracio; Plato item lib. IV. Polit.

9. Sumtum ex Euripidis Helena Prouerbium:

Λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος,
Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.

Platonis verò locus est lib. V. De Legibus, qui è Vatican. cod. hîc ita restituendus: Καὶ Πλάτων, ἀνάγκην δ' οὐδὲ θεὸς δυνατός ἐστι βιάζεσθαι. Idemque Plato aliàs non semel adhibet libro De Leg. VII. & in Symposio. Vide suprà Centuria 1. Adag. 85. Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

10. Δακτύλου cum κ constanter in Diogeniano & Suida totidem quot in Zenobio verbis effertur, viditque typographorum σφάλμα in Anacreonteis Scholiis, & ante illum

11. Δάτος ἀγαθῶν.] Πόλεως ὄνομα ἣν ἀπῴκησαν Θάσιοι. ἐφ' ἧς καὶ παροιμία ἐλέχθη, Δάτος ἀγαθῶν, ὡς οὔσης καλλίστης· ἔστι δὲ καὶ χρύσεια μέταλλα, καὶ ἔστιν εὐδαίμων.

12. Δαφνίνην φορεῖ βακτηρίαν.] Τοῦτο λέγειν εἰώθασιν οἱ ὑπό τινων ἐπιβουλευόμενοι· παρόσον ἀλεξιφάρμακον ἡ δάφνη.

13. Δι' ὀξείας δραμεῖν.] Ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων. ὀξεῖαν γὰρ λέγουσι τὴν λόγχην.

14. Δαυλίαν κορώνην.] Ἀντὶ τῆς ἀηδόνα. Δαυλία δὲ ἐλέχθη διὰ τὸ τὰ περὶ

11. Datus bonorum.] Opidi nomen erat, quod Thasij incolebant. Vnde Prouerbio dici cœptum, Bonorum Datus, vt pulcerrimum, quod & auri venas haberet, essetque opulentum.

12. Laureum gestat baculum.] Hoc de iis dici solitum, qui insidiis ab aliquo essent appetiti; quòd malum laurus auerruncare crederetur.

13. Per acutam currere.] De periclitantibus. Hastæ enim cuspidem ὀξεῖαν nominant.

14. Dauliam cornicem.] Pro luscinia. Daulia autem dicta propterea quòd

---

illum Hadr. Iunius Cent. IX. Adagiorum, respexisse ad Alexidis versus: Πίνωμεν· τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; δάκτυλος ἡμέρα. Vbi meo quidem sensu vita digito comparatur, qui pęnè cum grano mensuræ principium efficit. Ἄδηλος quidam lib. VII. Antholog. sic ex Alcæo claudit Epigramma 189.

Πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα, δάκτυλος ἀώς.
Ἢ πάλι κοιμιστὰν λύχνον ἰδεῖν μένομεν.

Quod ita reddimus:

Pocula libemus Bacchi: nam dactylus ætas:
Lumina num rursum extincta videre iuuat.

Plura doctissimus Isaacus Casaubonus Animaduersionum ad Athenæum libro XI. cap. VIII. Nec abludit quod Diogenianus habet Σπιθαμὴ τοῦ βίου. Ibi vide.

11. Suspecta de mendo scriptura est. Erasmus Δάτος Thassiorum coloniam iuxta Strymonem rescribit. At Varronianum illud adhibebo: *Cras credam, hodie nihil.* In prima enim littera peccatum esse non in altera syllaba vel ipse Zenobius ac Suidas euincent, qui infrà Θάσος ἀγαθῶν, & eodem propè modo enarrant, vnde *Thasij* dici potuerunt. Stephanus quidem Datum Thracię opidum tribuit, cuius tamen incolæ *Datenij* gentiles sint, non *Thasij*. *Thassus* quoque eidem Thraciæ insulæ. Celebrantur & ab Athenæo lib. II. & VII. Θάσιον βάμμα, & Θάσιαι ῥαφανίδες. & à Suida Θάσιος οἶνος.

Ὡς οὔσης καλλίστης.] Scribe è Vaticano: Ὡς ἐχούσης αὐτῆς χρύσεα μέταλλα καὶ εὐδαιμονίαν ἄλλην· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν μεγάλα ἀγαθὰ ἐπαγγελλομένων.

12. Quòd malum.] Tiberius Cæsar, teste Tranquillo cap. LXIX. numquam non coronam lauream ceruice gestauit, quòd fulmine afflari negetur id genus frondis. Vide Plinium lib. XV. cap. XXX. & Tzetzem in Lycophronem initio.

13. Deprauatum & hoc, editumque anteà διώξειν pro δι' ὀξείας δραμεῖν. & mox τὴν λόγον, pro τὴν λόγχην operarum vitio legebatur.

14. Emendandus hinc Hesychius mutilus, legendumque: Δαυλίαν κορώνην, ἀντὶ τῆς ἀηδόνα. Vulgò enim ἀντὶ τῆς δῶνα legitur deprauatè. Erasmus Adagium esse negat, hoc nomine, quòd poëtica sit narratio. Atqui plura id genus esse non animaduertit, vt suprà in Adag. *Bellerophontes litteras*, de *Sphinge*, de *Amalthea cornu*, de *Adrastea Nemesi*; nec vidit, qui Zenobium studiosè vt fabulas colligentem reprehendit; (quo in genere & Apostolius multus est è Palępha ti ἀπίστοις talia ferè describens) se hoc nomine in doctorum reprehensionem meritò incurrere, quòd γνώμας Symbolaque omnia Pythagoreorum in Adagiorum censum retulerit, quò maior millium numerus euaderet:

quod Tereus in Daulide Phocidis vnà vixerit. Alij verò quòd circa Dauliam comprehensa Procne, in auem mutata sit. Quidam arbustorum densitatem interpretantur: δαυλὸν enim densum est. De Tereo autem & Procne hęc narrantur: Pandion filias duas nactus, Procnem & Philomelam, Procnem Tereo nuptum dedit; qui Philomelæ sororis captus amore, ac vim inferens, ne, quod accidisset, efferret, linguam ei pręscidit. Illa verò peplo litteras intexens, suas sic calamitates Procnæ indicauit. Qua re cognita Procne, Ityn, quem ex Tereo filium sustulerat, iugulauit, & patri filij membra epulanda apposuit. Tereus rem subodoratus, vtramque fugientem est persecutus. Illæ verò comprehendendæ, minimè vt viderentur exoptarunt, conuersæque sunt Procne quidem in lusciniam, Philomela verò in hirundinem. vnde ad hanc diem hirundines sectas veluti linguas habent: Tereus in vpupam conuersus Ityn subinde deplorat.

15. Alteris melioribus.] Sumtum Prouerbium à secundò sacrificantibus.

τὸν Τηρέα ἐν Δαυλίδι τῆς Φωκίδος συνεῖναι. οἱ δέ, ὅτι περὶ τὴν Δαυλίαν καταλαμβανόμεναι αἱ περὶ τὴν Πρόκνην, μετέβαλον εἰς ὄρνιθας. ἔνιοι δὲ τὴν δασεῖαν ἀκούουσι. Δαυλὸν γάρ ἐστι τὸ δασύ. τὰ δὲ περὶ τὸν Τηρέα καὶ τὴν Πρόκνην οὕτως ἔχει. Πανδίων θυγατέρας ἐσχηκὼς δύο, Πρόκνην καὶ Φιλομήλαν, ἠγάγετο νυμφίον ἐπὶ τῇ Πρόκνῃ τὸν Τηρέα· ὁ δὲ τῆς Φιλομήλας ἐρασθείς, καὶ βιασάμενος αὐτήν, ἵνα μή τινι τὸ γεγονὸς ἐξείπῃ, τὴν γλῶτταν αὐτῆς ἀπέτεμεν. ἐκείνη δὲ πέπλῳ ὑφάνασα γράμματα, διὰ τούτων ἐμήνυσε Πρόκνῃ τὰς ἰδίας συμφοράς. μαθοῦσα τοίνυν ἡ Πρόκνη τὰ συμβάντα τῇ Φιλομήλᾳ, Ἴτυν ἀπέκτεινεν, ὃν εἶχε παῖδα ἐκ Τηρέως, καὶ αὐτῷ παρατίθησι τὰ τοῦ παιδὸς μέλη εἰς βρῶσιν. γνοὺς δὲ τὸ γεγονὸς ὁ Τηρεύς, Πρόκνην καὶ Φιλομήλαν ἀπ' αὐτοῦ φευγούσας ἐδίωκεν. αἱ δὲ καταλαμβανόμεναι, ηὔξαντο ἀφανεῖς γενέσθαι, καὶ μετεβλήθησαν, Πρόκνη μὲν εἰς ἀηδόνα, Φιλομήλα δὲ εἰς χελιδόνα. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν αἱ χελιδόνες τετμημένας τὰς γλώσσας ἔχουσι· Τηρεὺς δὲ εἰς ἔποπα μεταβληθείς, Ἴτυν εἰσδεῦρο θρηνεῖ.

15. Δευτέρων ἀμεινόνων.] Παροιμία ἐπὶ τῶν θυομένων ἐκ δευτέρου, ὅταν

deret: quod & M. Antonium Muretum Variis Lectionibus admonere memini. Vsus autem Adagij huius esse queat, vt per periphrasim Luscinia nominetur, notenturque casus pœnæ ac vindictæ adulterij, quo modo *Adrastea Nemesis* pro diuina vindicta, & id genus complura adhibentur. Ceterùm non in Phocide, sed ad Megaram contigisse hæc refert Thucydides, quæ & Ouidius lib. VI. Metamorph. decantat, & ad Aristophanem interpres, ac Pausanias, nisi quòd Philomelam in sui nominis auem mutatam lusciniam, Procnen in hirundinem referant. Sed quis veritatem in fabulis quærat? Ityn quoque Itylum Homerus & Catullus nominant. Plura suppeditat Læuinus Torrentius noster ad Odam XII. lib. IV. Carminum Horatij.

15. Affine Prouerbium Euripideo illi in Hippolyto Coronato, Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι. quod etiam Cicero in Philippicis, & Epist. III. lib. I. ad Q. Fratrem adhibuit, miscetque Erasmus Adagio, *Posterioribus melioribus*, allatis Platonis libro de Legi-

ὅταν αὐτοῖς τὰ πρότερον ἱερὰ μὴ καυθῇ, καὶ ἐπὶ δεύτερα ξαπῶσιν.

16. Δικαιότερον σταχάνης.] Ἐπὶ τῶν τὰ δίκαια ἀγαπώντων. Σταχάνην γὰρ οἱ Δωριεῖς τὴν ζυτάνην καλοῦσιν, ἴσως παρὰ τὴν στάσιν.

17. Δικτύῳ ἄνεμον θηρᾷς.] Ἐπὶ τῶν μάτην καὶ ἀνοήτως τι ποιούντων.

18. Διὰ δακτυλίου δεῖ σε εἰσελκυσθῆναι.] Ἐπὶ τῶν διὰ νόσον ἢ λύπην λεπτῶν καὶ ἰσχνῶν γινομένων.

19. Διὰ μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ἐμπίπτειν δεῖ.] Ἐπὶ τῶν παραβαλλομένων καὶ ῥιψοκίνδυνα ποιούντων.

20. Δίκην ὑφέξει κἂν ὄνος δάκῃ κύνα.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ μικρὰ συκοφαντουμένων.

21. Διὸς Κόρινθος.] Παροιμία ἐπὶ

quandoquidem si victima prius non esset litatum, iterabant sacrificia.

16. Trutina iustius.] De iis qui iustitiam adamant. Dores enim trutinam σταχάνην vocant; fortè παρὰ τὴν στάσιν.

17. Reti ventos captas.] In eos qui frustrà ac stultè quid gerunt.

18. Per annulum trahendus es.] In eos qui morbo aut dolore tenues redditi sunt.

19. Per enses & ignem irrumpere oportet.] In proiectæ audaciæ homines, nullumque periculum defugientes iactatum.

20. Vel si asinus canē momorderit, pœnas dabit.] De iis quibus paruas ob res calumniæ struuntur.

21. Iouis Corinthus.] Fertur Prouer-

Legibus IV. & Aristot. lib. I. Physicorum locis. Nostrum verò explanat Hesychius in Lexico.

16. Iurisconsulti *æqua lance seruare*, vt Modestinus lib. Pandect. XLII. Tit. de re iudicata, & *vna eademq́ lance trutinare*, vt Iustinianus lib. 5. Cod. Tit. de naturalibus liberis. *Stateram* quoque ac *trutinā* M. Tullius ac Vitruuius coniungunt. *Trutina* verò Latinorum, quæ hîc vitiosè ξυτάνη pro ζυτάνη legebatur, sic ad Sat. I. Persij exponit Cornutus, vt sit foramen, intra quod est lingua bilâcis, ad quod est *examinatio*: quod aliis *æquamentum*, aliis *libramentum*, aliis *æquilibrium* vocatur.

18. Aristophanis est in Pluto:

Διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἔμεγ' ἂν διελκύσαις.

duratque hodie apud nostrates Prouerbium, ad ea quæ è Plinio Desiderius collegit, vt exilia corpuscula per annulum trahi posse dicamus, quales sunt graciles Gallorum virgines, quæ vt in Eunucho Chærea ait, *curatura iunceæ sunt, & vincto corpore vt graciles fiant*. Græci quoque λαγαρὸς ἀπὸ τῶν λαγόνων, *à macie & exilitate lumborum* dixerūt, vt Plautus in Menæchmis, *Formicinum puellarum gradum*. & Synesius in Epistolis, Τὸ περὶ τοὺς μύρμηκας ἔντομον, vt Cent. 2. Adagiorum obseruat Iunius.

19. Simile Aristophanicum in Lysistrata:

—κἄν με χρῇ διὰ τοῦ πυρός
Ἐθέλω βαδίζειν.—

Plutarchus ex Eupolide libello, An Principi cum Philosopho agendum, & De discrimine adulatoris & amici, de adulatoribus sic ait: Ὅτι οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον. Tale & Flacci illud de mercatore:

Per mare pauperiē fugiens, per saxa, per ignes.

Et Comici, *E flamma cibum petere*. Item Catulli, *rapere de rogo cenam*. Quod de feralibus cenis rectè explicat Io. Kirchmannus, libro IV. De funeribus Rom. cap. V.

20. Ἐπὶ μικρά.] Suid. rectiùs, Ἐπὶ μικροῖς.

21. Pindaricum est Prouerbium in Nemeis, & ibi Scholiastes originem commemorat, refertque ea quæ proximè Zenobius de Alete. Aristophanes quoque in Con-

uerbiũ in eos, qui eadẽ dicũt aut faciunt.

22. Accipit & glebam erro.] De iis qui omnia recipiunt, meliora sperantes. Aletem enim ferunt Corintho exulem, dum in patriam reditum curaret, ab occurrente agricola cibũ postulasse, qui dum habere se negaret, & glebã ex agro, quem araret, ei porrexisset, hunc accipientẽ dixisse: *Accipit & glebã erro.*

23. Duplices viros.] Dissyllaba ferè sunt virorum nomina. Hinc Epigramma fertur:

Equidẽ virum odi duplicẽ sermonibus,
Verbis amicũ, sed malignum moribus.

24. Plagis adactus polypus quatuordecim.] In supplicio dignos iactatum. Polypus enim captus, quò pinguior reddatur, multùm tunditur.

25. Variantes sententiæ.] In eos qui duplicibus sunt moribus. Per Metalepsin enim χόλος bilis, ὀργὴ ira est. Ὀργὴ verò ingenium & mores significat. Bacchylides: *Mores quidem hominum discreti, varij.*

τῶν τὰ αὐτὰ λεγόντων καὶ πραττόντων.

22. Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.] Ἐπὶ τῶν πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον ἐκδεχομένων. ἀλήτην γὰρ φασὶ φεύγοντα κατελθεῖν βουλόμενον εἰς Κόρινθον, καὶ βουκόλου τινὸς ἀπαντήσαντος αἰτῆσαι τροφὴν· οὐκ ἔχειν δὲ φάσκοντος ἐκείνου, ἀρούρας δὲ βῶλον, δοῦναι αὐτῷ· τὸν δὲ λαβόντα φάναι, Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

23. Διπλοῦς ἄνδρας.] Τὰ δισύλλαβα ἀνδρῶν ὀνόματα. ὅθεν ἐπίγραμμα·

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
Χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.

24. Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς πολύπους πιλούμενος.] Ἐπὶ τῶν κολάσεως ἀξίων. παρόσον ὁ πολύπους θηρευθεὶς, τύπτεται πολλάκις, πρὸς τὸ πίων γενέσθαι.

25. Δίχολοι γνῶμαι.] Παρὰ τὸ διχῇ ἰδιότροποι. κατὰ μετάληψιν. χόλος γὰρ ἡ ὀργὴ, ὀργὴ δὲ τρόπος. Βακχυλίδης, Ὀργαὶ μὲν ἀνθρώπων διακεκριμέναι μυρίαι.

26. Δόρυ

Concionatricibus, Philostratus in Antipatro, & in Euthydemo Plato. Dictum apparet, quòd pro concione frequenter nimis ac putidè ad nauseam vsque illud ingeminaretur, *Corinthus Iouis filius.* Vnde & in eadem identidem ad fastidium repetentes torquetur.

22. Historia est apud Pausaniam in Corinthiacis, Suidam, Apostolium, & Pindari interpretem in Nemeis extremo, vt iam admonui. Similem habet Plutarchus in Problematibus, recitatque Erasmus.

23. Opinor pro ἀνδρῶν, ἀνδραπόδων scripsisse Zenobium, etsi eodem modo Hesychius. Mancipia enim ac serui vafro ferè ac duplici ingenio, fures quoque habiti, ad quos refert Maronis illud Seruius:

Quid domini facient, audent cùm talia fures?

Et *trium litterarum homo* furax seruus dictus Plauto in Aulularia. Vide Prou. *Omnis seruus hero monosyllabus*; & Casaubon. in Animadu. lib. 11. cap. 1. Huc pertinet & Sallustianum illud: *Aliud ore, aliud pectore promtum gerere.* Homeri loca, quæ huc faciant, Erasmus attulit, ex quo poëta Iliad. 1x. de Vlysse duplice (vt vocat Flaccus libro 1. Od. vi.) Plato etiam in Hippia hoc laudat:

Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.
Quisquis corde aliud celans, aliud sonat ore.

25. Erasmus corrigendum censuit δίσχωλοι per ω. redditque cum Cognato, *viroque claudicantes sententiæ.* & exponit de homini-

26. Δόρυ καὶ κηρύκιον.] Παροιμία, ἣν ἔνιοι πειθανάγκην λέγουσιν. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἅμα παρακολουθούντων, ἀπὸ τοῦ δόρυ κατέχειν καὶ κηρύκιον.

27. Δραχμὴ χαλαζῶσα.] Ἐπὶ Διοφάντου τὸ θεωρικὸν ἐγένετο δραχμή. ἐπεὶ δὲ ἔπεσε χάλαζα τότε ἀπὸ τοῦ ἀέρος, χαλαζῶσαν αὐτὴν ἐπέσκωπτον.

28. Δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβη βλάβην.] Ἐπὶ τῶν φιλοδίκων καὶ συνειρόντων δίκας δίκαις.

26. Hasta & caduceum.] Prouerbiũ pro quo nonnulli πειθανάγκην, id est persuasionẽ Atheniensium cum necessitate coniunctã dicunt. Vsurpatur verò de rogantibus & simul interminãtibus, quòd hasta & caduceus simul ferantur.

27. Drachma grandinans.] Sub Diophãto theorica pecunia fuit drachma. Cùm autem grando è cęlo tum cecidisset, eam drachmam per iocum appellabant grandinantem.

28. Litẽ parit lis, & noxã noxa.] In rixosos, & lites è litibus serentes.

29. Ite-

---

minibus lubricæ fidei & incertarum partium. Verùm Henr. Stephano non probat, propterea quòd subiungat Zenobius, ἀπὸ τὸ διχῆ. ἰδιότης τι χτι κατάληψιν. Nodus itaque nondum sic expeditur. Ego vulgatam retineo; nam Hesychius δίχολοι, διάφοροι exponit: & de *duplicis sententiæ* viris accipio, vt paulò antè dictum est.

26. Vitiosus hic locus ac mutilus, rescribendumque vidit Ioan. Hartungus, homo doctissimus, Decuria secunda πειθανάγκην τῶν Ἀθηναίων λέγουσιν, ex Hesychij Lexico. qua etiam voce vtitur M. Tullius lib. IX. ad Atticum Epist. XI. *Ego non tam* γοητείαν *huius timeo, quàm* πειθανάγκην. αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, *inquit Plato*, οἶδ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. Vtitur & simili Θετταλικῇ πειθανάγκῃ Iulianus Παραβάτης: & πειθοῖ ἀναγκαίᾳ. Dion Chrysostomus, vt vidit ad Erasmũ H. Stephanus Adag. *Armatæ preces.* Mox quoque è Suida παρακολουθούντων reponendum, & supplendum, sic enim ille: Ἐπὶ τῶν ἅμα παρακαλούντων καὶ ἀπειλούντων, hoc est, qui simul vel pacem offerunt vel bellum minantur. Deprauatè quoque Apostolius δορύκειον pro δόρυ κηρύκειον: quo modo sine copula Suidas extulit, *Caduceum vnà cum hasta.* Nam Eustathius in Ι'λ. ζ'. & Hesychius, vt noster, cum coniunctione. Huc autem pertinet B. Hieronymi locus epist. ad Luciferianos: *Tu pacem cum scuto petis, & nos oliuæ ramum gladio inserimus.* De quo altero supplicandi modo nos pluribus ad Procli Chrestomathiam. Respexisse verò B. Hieronymus ad alterum illud apud Suidam Prouerbium videatur: Ἐν μύρτου κλάδῳ τὸ ξίφος κρατήσω. *In myrti ramo ensem tenebo.*

27. Fugit hîc Erasmum ratio, vt etiam vidit Henr. Stephanus. Non enim Zenobius ait ipsam grandinem appellatã *drachmam grandinantem*, vt ipse autumat, sed vice versa *drachmam* vocatam fuisse *grandinantem*, quod fortè fortuna, dum ea in theatro distribueretur, grando è cælo cecidisset. Neque θεωρικὸν pręmium theatrale, vt vult, drachma fuit, sed quod stipe collata in theatra ac spectacula conferebatur, vt è Libanij argumẽto in Olymthiacam primam discas. Hic etiam τῶν articulum obelo fodimus. Edebatur enim ἐπὶ τῶν Διοφ. quo modo & Hesychius habet. Et in Suida ἐπέχει pro ἔπεσε, item χαλαζῶν pro χαλαζῶσαν vitiosè edi hinc obseruo. *Diophanti* autem Athenis Prætoris, meminit Diod. Siculus lib. XIV. Bibliothecæ, Olymp. XCVI. anno 2. Nominat & *Diophantum* Atheniensem cum Lamia lib. XVI. Ἔσχηκὼς γὰρ τοὺς τότε στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας καὶ διαφέροντας ἀρετῇ τε καὶ ἀγχινοίᾳ στρατηγικῇ Διόφαντον τὸν Ἀθηναῖον καὶ Λάμιον τὸν Σπαρτιάτην. *Habuit enim duces, claros viros, præstantesq́; virtute ac militari sollertia Diophantum Athemensem, & Lamium Lacedæmonium.*

29. Nota

29. Iterùm ad eumdem turpe lapidem impingere.] In eos qui in eadem incidunt vitia.

30. Delphinum natare doces.] De iis qui ea operosè doceant, in quibus alij probè exercitati.

31. Obtigit & malis præda.] In eos qui præter meritum bellè ac feliciter agunt.

32. Timidior es prospiciente.] In vehemēter formidolosos iactatum. Vir enim quidam adeò meticulosus exstitit, vt Herculis metu se abdiderit, ac pauore exanimatus sit. Ex antro enim prospectans, visoque Hercule in lapidem diriguit, manetque adhuc viri specie lapis capite è specu prospectans.

33. Bis ac ter quod pulcrum est.] Ita de honestis frequēter loqui oportet.

34. Ingens malum.] De iis qui

29. Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίθον.] Ἐπὶ τῶν δεύτερον τοῖς αὐτοῖς περιπιπτόντων.

30. Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις.] Ἐπὶ τῶν ἐν ἐκείνοις τινὰ παιδοτριβούντων, ἐν οἷς ἤσκηνται.

31. Δέδοται καὶ κακοῖς ἄγρα.] Ἐπὶ τῶν παρ᾽ ἀξίαν εὖ πραττόντων.

32. Δειλότερος εἶ τοῦ παρακύπτοντος.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλῶν. ἀνὴρ γάρ τις οὕτως ἐγένετο δειλὸς, ὥστε διὰ φόβον Ἡρακλέους κατέδυ εἰς σπήλαιον, καὶ διὰ δειλίαν ἀπέθανε. παρακύψας γὰρ ἐκ τοῦ σπηλαίου, καὶ ἰδὼν τὸν Ἡρακλέα, ἀπελιθώθη, καὶ διέμενεν ἔτι καὶ νῦν ὁ λίθος ἀνθρωποειδὴς, τὴν κεφαλὴν ὑπερέχων τοῦ σπηλαίου.

33. Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν.] Οὕτω χρὴ περὶ τῶν καλῶν πολλάκις λέγειν.

34. Διωλύγιον κακόν.] Ἐπὶ τῶν μέγα

29. Nota tralatio ambulantium. Constabit senarius si εἰσπταίειν cum Erasmo legeris, vt in Iambis Nazianzen.

Δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.

Cicero lib. x. ep. xx. ad Fam. & I. Offic. *Fortis viri esse tumultuantem de gradu non deiici, nec committere aliquid, vt aliquando dicendum sit: Non putaram.* Qua de voce Iphicratis & P. Scipionis disseruit Petrus Victorius libro v. Variarum lectionum, cap. XIX. explicans illud è Polybio, Οὐκ ἂν ᾠόμην. & ampliùs Bernardus Martini lib. II. Variar. cap. XIII.

31. Notum Prouerbium, simile illi, *Latere aliquando sub sordido pallio sapientiam.* & : *Olitorem opportuna aliquando locutum.* & : *In seditione vel Androcles ducem agit.* Trochaici initium concinnat Desiderius:

Δέδοται καὶ κακοῖσιν ἄγρα. —

32. Habent eamdem fabulam Suidas & Apostolius, & innuit Ouidius lib. IX. Metamorph. de Licha ab Hercule in mare precipitato, & in scopulum conuerso.

33. Vsurpat sæpè Plato in Philebo, Gorgia, & VI. De Legibus, eumque laudans Lucianus in Diphadibus, Κόρος, inquit, οὐδεὶς τῶν καλῶν. *Rerum honestarum nulla satietas.* Nam pulcra, vt de Poësi Flaccus canit,

——— *si propiùs stes*

Te capient magis, ac decies repetita placebūt.

& Maro:

Nec vidisse semel satis est, iuuat vsquè morari.

34. Repetitur Adagium infrà Cent. v. num. 55. Hesychius διωλύγιον explicat μέγα καὶ σφοδρὸν διατεταμένον, *longè lateq; se extendens.* Etymologista: Διωλύγια πράγματα τὰ μεγάλα καὶ χαλεπά. quo modo & è Lysia Valerius Harpocration, laudatq; Platonem, cuius in Theæteto locus est. Chrysostomus Orat. II. contra Iudæos sic ad vocem alludit, μέγα διωλύγιον ὀλολύξαντες. & Philoni διωλύγιος ὕπνος.

μέγα καὶ δεινὸν ὑφισαμένων. Διωλύγιον γάρ ἐστι τὸ μέγα καὶ πολὺ διῆκον. οὕτως, ἡ μακρὰ καὶ διωλύγιος φλυαρία· Πλάτων.

35. Δειλὸς ὁ Πλοῦτος.] Παρόσον οἱ πλούσιοι τὰς οἰκίας ἀσφαλίζονται, καὶ κύνας τρέφουσι, καὶ πολλὰς ἑαυτῶν ποιοῦνται φυλακάς.

36. Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον.] Ἐπὶ τῶν ἁρμοδίως τοῖς πράγμασι κεχρημένων.

37. Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα κακουργοτάτων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι.

38. Δελφῖνα πρὸς τοὐραῖον δεῖς.] Ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου διὰ τὸ εὐκίνητον εἶναι. ἢ πρὸς τοὺς οὐ δυναμένους τηρεῖν τὰ διδόμενα ἢ ἔχειν.

39. Δουλότερος Μεσσήνης.] Ἐπειδὴ πολλάκις ἀποστάντας τοὺς Μεσσηνίους ἐδουλώσαντο οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐχρῶντο αὐτοῖς χαλεπώτερον ἢ τοῖς ἄλλοις δούλοις.

magnum aliquod & atrox malum sustinent. Διωλύγιον enim magnum longeq; pertinens significat. Sic Plato: *Longa & magna nugacitas.*

35. Timidus Plutus.] Diuites siquidem domus muniunt, & canes alũt, multosque sibi custodes adhibent.

36. Dextrum in calceolo; læuum verò in podanipτro.] De iis qui res congruè gerunt.

37. Nectunt stupendas machinas Ægyptij.] In eos qui admodum versipelles sunt, cuiusmodi fuerunt Ægyptij.

38. Delphinum cauda ligas.] De re quæ fieri non potest, quod mobile sit atque lubricum animal. Vel in eos qui accepta tenere aut seruare nequeant.

39. Seruilior Messena.] Rebellantes enim sæpius Messenij in seruitutem à Spartanis redacti sunt, duriusque ab illis quàm serui vlli habiti.

40. Cre-

35. Diuitias formidulosos reddere, nota nimis res vel è Plauti Aulularia, & Luciani Mycillo, itemq; Aristophane in Pluto, qui & cæcum facit, vbi eius interpres ex Euripide desumtum Prouerbium innuit: Δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν. Experimento denique quotidiano idem discimus. Scitum & illud Satyrici:

Pauca licet portes argenti vascula puri
Nocte iter ingressus, gladiũ contumq; timebis,
Et motæ ad Lunam trepidabis arũdinis vmbrã.
Cantabit vacuus coram latrone viator.

36. Pythagoræ Symbolis hexametron hoc Iamblichus annumerat, exponitque actiones honestas tamquã dexteriores primo loco collocandas esse; inutiles autem tamquam sinistras relinquendas & omnino abiiciendas esse. Suidas ex Aristophane, sine Comœdię nomine, desumtũ ait. Helladius in Chrestom. & Didymus apud Photium nostrũ p. 872. Gr. ex Polemone citant.

37. De Ægyptiorum moribus Herodotus libro II. De callidis eorum machinis, quibus hodieque malè audiunt, vel vnum instar omnium, quod in Exodo legimus Pharaonem Ægypti regem omnibus machinis & Israëliticum populum seruitute pressisse, & dimittere vel plagis pluribus appetitum detrectasse. Diogenianus autem & Suidas dictionem diuidunt leguntque, πλέκειν τὰς μηχανάς. Æschylus vero, πλέκειν τοὶ μηχανάς. Idemque Suidas ab Ægyptiorum machinis Αἰγυπτιάζειν pro πανουργεῖν καὶ κακοτροπεύεσθαι exponit.

39. Historia est apud Pausaniam Messenicis, & Iustinum lib. III.

40. Eadem

40. Crescit pistillum.] De iis qui non crescunt, inquit Chrysippus: quin etiam de iis qui parui manent, dictum Prouerbium. Nam δοῖδυξ paruus est & rotundus.

41. Iouis cerebrum.] In eos qui lautè viuunt, iactatū Prouerbium. Clearchus verò libro quinto Vitarum scribit opiparas ac lautas epulas apud Persas *Iouis & Regis cerebrum* appellatas.

42. Donum quodcumque dat aliquis, lauda.] Pars est oraculi Myscello Rypensi dati, quo tempore Crotonam Sybaris domicilium transferendum non censuit, vt tradit Hippeus in Chronicis. Oraculum autem sic pronuntiatum ferunt:

Diuersa inquirens à numine Miscele gibber
Captas friuola: quod datur æqui consule donum.

40. Δοῖδυξ αὔξει.] Ἐπὶ τῶν μὴ αὐξανομένων φησὶν ὁ Χρύσιππος, ἀλλὰ καὶ μικρὸν μενόντων εἴρηται ἡ παροιμία. ὁ γὰρ δοῖδυξ μικρός ἐστι, καὶ στρογγύλος.

41. Διὸς ἐγκέφαλος.] Ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων ἡ παροιμία τέτακται. Κλέαρχος δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ βίων φησὶ, τὰ πολυτελῆ βρώματα παρὰ τοῖς Πέρσαις, Διὸς καὶ βασιλέως ἐγκέφαλον καλεῖσθαι.

42. Δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαινεῖ.] Αὕτη κόμμα ἐστὶ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος Μυσκέλλῳ τῷ Ῥυπεῖ, καθ' ὃν δὴ χρόνον Κρότωνα οὐκ ἐβούλετο οἰκίζειν Σύβαρις, ὥς φησιν Ἵππυς ἐν τῷ περὶ χρόνων. φησὶ δὲ οὕτως ἔχειν τὸν χρησμόν,

Μύσκελλε βραχύνωτε παρὲκ θεὸν ἄλλα ματεύων
Οὐκ ἄλλα θηρεύσεις δῶρον δ' ὅ, τι δῷ τις, ἐπαίνει.

43. ΕΓΩ

40. Eadem Aristophanis interpres in Equitibus, vbi vitiosè abest negatio μὴ hinc reponenda. In Eirene verò & Pluto eiusdem Comici apertè constat δοῖδυξ pro *pistillo* dici, non pro *cochleari*, vt contra Erasmum euincit Henr. Stephanus.

41. Περὶ βίων.] Suspicor scriptum περὶ βασιλέων, vt ex compendiis, vt fit, natum sit mendum. Notum enim *Reges* κατ' ἐξοχὴν & *magnos* Persarum Reges vocari solitos. Quam in sententiam me Athenæus duxit, qui lib. XII. Clearchi eadem verba commemorat: Κλέαρχος δὲ, inquit, περὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως διηγούμενος, ὅτι τοῖς αὐτοῦ πορίσασιν ἡδύ τι βρῶμα ἆθλα ἐτίθει, νοῦν οὐκ ἔχων. τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος, οἶμαι, Διὸς καὶ βασιλέως ἐγκέφαλος: *Clearchus de Rege Persarum referens, Si quis cibum delicatiorem obtulisset mentis expers. Nimirum hoc est, opinor, quod vsurpatur Iouis & Regis cerebrum.* Iterumque eodem libro XII. Δειπνοσοφ. pa. 514. & Q. Ennius apud Apuleium, Apologia de Magia:

Quid sacrum præterij, cerebrum Iouis penè supremi,
Nestoris ad patriam hic capitur magnúsque bonúsque.

Affine huic credidit Erasmus *Iouis lac*, deprauatâ versus Euripidei in Cyclope lectione apud Athenæum lib. XVI. deceptus. vbi non Διὸς γάλα sed βοὸς γάλα legi ibidem animaduertit doctissimus Casaubonus.

42. Mendum & hîc in Prouerbio sustuli, & interpunxi, δῶρον δ' ὅ, τι δῷ τις, ἐπαίνει. Suidas enim ad eũdem modum, nisi quòd ὃ δίδοι præfert. Strabo lib. VI. Geogr. vt Zenobius, variat tamen in historia, vt & Ouidius lib. XV. Metamorph. atque in oraculi carmine. Cùm Achiui iussi essent oraculo Crotonem concedere, missus est Myscellus quidam, qui ciuitatis futurum locum considerâ-

E.

43. ΕΓΩ δὲ καὶ σὺ τὸν αὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν.] Ἐπὶ τῶν ὅμοια καὶ παραπλήσια πασχόντων.

44. Ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη ναῦς.] Ἐπὶ τῶν παρὰ ἐλπίδα καὶ ἀναξίως εὐπραγησάντων, εἶτα θρυπτομένων ἐπὶ τοῖς παροῦσι. ναύαρχος γὰρ ὁ Μάνδρων ἐχειροτονήθη πρὸς τὰ ἐν Ἑλλησπόντῳ ἀναξίως ὤν· φασὶ δὲ συκίνης ἄρχειν νηὸς, τουτέστιν, εὐτελεστάτης. τὰ γὰρ σύκινα ξύλα, εὐτελῆ καὶ ἄχρηστα.

45. Ἐν φρέατι κυσὶ μάχεσθαι.] Ἐπὶ τῶν μοχθηροῖς τισὶ περιπαλαιόντων, καὶ ἀποφυγεῖν μὴ δυναμένων.

46. Εἰς οὐρανὸν τοξεύεις.] Ἐπὶ τῶν διὰ κενῆς ποιούντων.

47. Ἐκ τριχὸς κρέμαται.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα κινδυνευόντων.

E.

43. EGO ac tu idem trahimus iugum.] De iis qui eadem aut similia perpetiuntur.

44. Fuit & ficulna Mandroni nauis.] In eos qui præter spem ac meritum feliciter, ac deinde molliter luxurioseque agunt. Mandron enim nauarchus expeditionis in Hellespontum prȩter meritum creatus est, feruntq; naui ficulnȩ, hoc est imbecillæ præfectũ. Ligna verò ficulna vt fragilia, sic vsus nullius.

45. In puteo cum canibus pugnare.] De eo qui cum aliquo confligatur, vnde se extricare nequeat.

46. In cælum iacularis.] De frustrà quid agentibus.

47. De pilo pendet.] De valdè periclitantibus.

48. Ex

---

sideraret. Is cùm iam Sybarim ædificatam cerneret, videreturque locus is magis idoneus, repetiit oraculum, num fas esset hanc cum illa condere. Cortina ad hunc respondit modum:

Μύσκελλε βραχύνωτε παρὲκ θεὸν ἄλλο ματάζων,
Κλάσματα θηρεύεις. ὀρθὸν δ' ὅ, τι δῷ τις, ἐπαίνει.
Gibbose incassum Miscelle aliena requiris,
Vanaq; venaris. quæ dantur dona, probato.

Ματεύων autem metri necessitate rectè Gul. Xylander reposuit, & ὕσαλα pro οὐκ ἄλλα in Zenobio rescribendũ. Porrò τῷ Ῥύπει, *Rypensi* reddidi eiusdem Strabonis lib. VIII. auctoritate adductus. Denique affine huic Prouerbio Dionysij Catonis distichon XX. libri primi: *Exiguum munus cùm dat*, &c. quod feliciùs quàm Planudes, Ios. Scaliger sic reddidit:

Εἴ τί τοι ἀκτέανος φίλος εὐτελὲς ὤπασε δῶρον,
Δέχνυσαι, εὐμενέως, καὶ ἐπαίνετον ἔντοσθι θυμῷ.

43. Vtitur Plinius in Epistolis, *ex æquo iugum ducere*. & Horat. libro I. Od. XXXV. *ferre iugum pariter dolosi.*

45. Est & apud Suidam, cuius auctoritate negationem hîc adieci, καὶ ἀποφυγεῖν μὴ δυναμένων.

46. Qui in cælum iacula torquent, suo capiti mala accersunt. Similia dixit Syracides cap. XXVII. ver. 28. Ὁ βάλλων λίθον εἰς ὕψος, ἐπὶ κεφαλὴν αὐτοῦ βάλλει· καὶ πληγὴ δολία διελεῖ τραύματα. ὁ ὀρύσσων βόθρον, εἰς αὐτὸν ἐμπεσεῖται. καὶ ὁ ἱστῶν παγίδα, ἐν αὐτῇ ἁλώσεται. *Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. Qui foueam fodit, incidet in eam: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.* & Psaltes regius Psalmo VII. v. 16. Λάκκον ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. *Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit.* Tale illud: *In cælum spuere.*

47. Simile *ex filo pendere*, ἀπὸ λεπτοῦ μίτου ἠρτῆσθαι, apud Plut. in Demosth. & Synesium. Nota historia Damoclis, cuius capiti

48. Ex lupi faucibus.] De re quæ ex insperato recuperatur.

49. Ad Deorum aures peruenit.] De iis dicitur, quorum patrata facinora non manent occulta.

50. Ad antiqua presepia.] De iis qui commodo aliquo priuati, inde ad pristinum statum reuocantur.

51. Vnus vir nullus vir.] Quasi nihil satis rectum ab vno fieri possit.

52. Ad laqueos lupus.] Pro, in acutos gladios. In eos qui in euidens incurrunt discrimen.

53. In apes irruisti.] In eos qui in mala nec-opinatò inciderunt.

54. Si non potes bouem, asinum agito.] Hortantium est, vt quisque quod possit gerat.

55. In aqua seminas.] In frustrà laborantes.

56. Ad ægrotos ægrotus veni.] De iis qui in æqualia ac vicina mala incidunt.

57. Sit mihi quod Sicyonem in-

48. Ἐκ λύκου στόματος.] Ἐπὶ τῶν ἀνελπίστως τι λαμβανόντων.

49. Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν.] Ἐπὶ τῶν οὐ λανθανόντων ἐφ' οἷς ἔπραξαν.

50. Εἰς ἀρχαίας φάτνας.] Ἐπὶ τῶν ἀπολαύσεως τινὸς ἐκπεσόντων, εἶτα πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐλθόντων δίαιταν.

51. Εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ.] Παρόσον ὑπὸ ἑνὸς οὐδὲν κατορθοῦται.

52. Εἰς πάγας ὁ λύκος.] Ἀντὶ τοῦ, εἰς ἠκονημένας μαχαίρας. ἐπὶ τῶν εἰς κίνδυνον πρόδηλον ἰόντων.

53. Εἰς μελίττας ἐκώμασας.] Ἐπὶ τῶν παρὰ δόξαν κακουμένων ἀθρόως.

54. Εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον.] Ἐπὶ τῶν ὃ κατὰ δύναμιν ἔχουσι πράττειν παρεγγυωμένων.

55. Εἰς ὕδωρ σπείρεις.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

56. Εἰς ἀσθενοῦντας ἀσθενῶν ἐλήλυθα.] Ἐπὶ τῶν τὰ ὅμοια καὶ παραπλήσια παθόντων.

57. Εἴη μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου καὶ

Dionysius tyrannus gladium è tolo, filo appensum pendere iussit, recitatque copiosè M. Tullius Tusc. III. Horat. lib. III. Odarum, & Persius Sat. III. Idemque Cicero Tusc. V. Laconis illud Apophthegma apud Plutarch. in Laconicis, Οὐ προσέχω, ἔφη, τῇ διδασκαλίᾳ ἐκ χαλινῶν ἠρτημένῃ, sic ferè conuertit:

Non optanda quidem fortuna rudentibus apta.

48. Horat. Epod. II.

Vel agna festis cæsa Terminalibus,
Vel hœdus ereptus lupo.

49. Idem Horatius lib. I. Epist. XIX.

——— Et Iouis auribus ista
Seruas. ———

51. Affine Euripideum illud: Εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ. quod & Apostolius in Adagiis numerat, nosque vulgò vsurpamus, *Plura oculos quàm oculum cernere.*

52. Ἀντὶ τοῦ.] Superuacaneum hoc videatur, quando laqueis etiam strangulari constat lupos, vt agri ac pecoris vastatores; ac suspendi solitos.

55. Adhibet in ingratos Theognis Gnomographus:

Ἶσον καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς.
Semina nimirum spargere in Oceanum.

Nec dissimile illud Scholiastæ Aristophanis, κατὰ θαλάττης σπείρεις.

57. Habet hoc, veluti oraculo pronuntiatum, Athenæus lib. V. Δειπνοσ. Eustathius quoque

καὶ Σικυῶνος.] Ἐπὶ τῶν κάλλιστα καὶ λυσιτελέστατα ἑαυτοῖς εὐχομένων. ἐπεὶ γὰρ ἐστὶ τὰ μεταξὺ τούτων τῶν πόλεων εὐφορώτατα χωρία.

58. Ἐμαυτῷ βαλανεύσω.] Παροιμία οἱονεὶ, ἐμαυτῷ διακονήσω. λέγεται δὲ ὅταν ὁ βαλανεὺς νωθρεύηται, καὶ ἑαυτῷ τις λαμβάνῃ τὴν ἀρύταιναν καὶ διακονῇ· ἢ ἀπὸ τῶν τὰς βαλάνους ἐγκρυβόντων εἰς πῦρ.

59. Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον.] Ἐπὶ τῶν εὐτελέσι τὰς πείρας ποιουμένων. Κάρες γὰρ ἐμισθοφόρησαν πρῶτοι. ἄλλοι τὴν γὰρ παροιμίαν ἐπὶ τῶν εὐκαταφρονήτων. φασὶ γὰρ τοὺς Κᾶρας πρώτους ἀνθρώπων μισθοῦ στρατεύσασθαι. τοὺς οὖν τὸ ἀργύριον διδόντας προστάττειν τοὺς Κᾶρας ἑαυτῶν, ὡς μέλλοντας ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῶν μισθουμένων. εἴρηται οὖν διὰ τοῦτο ἡ παροιμία.

60. Ἐν κοτύλῃ φέρει.] Παιδιᾶς εἶδος. ὁ γὰρ φέρων τινὰ ἐν κοτύλῃ, ἐποίει ὀπίσω τὰς χεῖρας, καὶ ὁ αἰρόμενος ἐνετίθει τὰ γόνατα, καὶ οὕτως ἐβαστάζετο.

teriacet atque Corinthum.] Optantium est sibi pulcerrima atque vtilissima, vt erant fertilissimi agri duas inter vrbes illas interiecti.

58. Ipse mihi balneator ero.] Prouerbium significat, ipse mihi ministrabo. Dicitur verò quando balneatore cessante sibi quis accipit haustrum & ministrat: vel ab iis ductum, qui glandes in ignem mittunt.

59. In Care periculum.] De iis vsurpatum, qui in re tenui ac vili periculum faciunt. Cares enim primi stipendia fecerunt. Alij Prouerbium adhibent in viles ac despectos homines. Ferunt enim Cares primos, vt dixi, hominum mercede militasse. Accepto igitur stipendio primi mercenarij in acie qui occumberent collocabantur. Vnde ductum Prouerbium.

60. In vola gestaris.] Ludi genus est. Gestans enim aliquem palmis iactis ad tergum manibus id faciebat, quibus genua qui sustollebatur imponebat, sicque portabatur.

61. In

quoque in lib. 11. Iliados, & Aristophanis interpres in Auib. Vatic. εὐφορωτάτη χώρα.

58. Ambigua Adagij interpretatio nata è vocum affinitate βαλάνου, qui *glans* est, & βαλανείου, quod *balneum* significat. Adhibet Aristophanes ἐν εἰρήνῃ:

Ἀλλ' εἰ ταῦτα δοκεῖ, κἀγὼ 'μαυτῷ βαλανεύσω.

Si placet hoc vobis, mihi ero meus ipse minister.

Vbi enarrator Græcus bifariam quoque explicat. Suidas autem τὴν ῥυταίνην, vbi interpres Germanus, cetera eruditus, *scalprum* reddidit, & mox ἐγκρυπτόντων, idemque Scholiastes κρυπτόντων. Zenobius verò ἐγκρυβόντων, quod antiquè dictum à κρύβω, ἀντὶ κρύπτω. Sic & illud hîc erat vitiosum ἀρυτάναν pro ἀρύταιναν, quam in poculorum generibus cyatho adnumerat Athenæus lib. x. Vide suprà Centuria 2. Adagio 41. Ἄλλην δρυῒ βαλάνιζε.

59. Vsus frequens huius Adagij Platoni in Euthydemo, & Lachete, Aristidi in Panathenaica, aliis. *Cares* autem bellicosi, teste Mela, Strabone, ac Theocrito. Cicero quoque pro L. Flacco, *Quid*, inquit, *de tota Caria? nónne hoc vestra voce vulgatum est: si quid cum periculo experiri velis, in Caria potissimùm esse faciendū?* vbi Erasmus *in Care* rectè leg. vidit. Vat. προστάττειν loco προτάττειν habet.

60. Ludi hoc genus puerile κοτύλης copiosè explicat Iulius Pollux lib. ix. Athenæus

61. In Trophonij vaticinatus sum antro.] In risus expertes, ac tetrico supercilio præditos. Ferũt enim Trophonij specũ subeuntes risus expertes reddi.

61. Εἰς Τροφωνίου μεμάντευμαι.] Ἐπὶ τῶν ἀγελάστων καὶ πεφροντισμένων. φασὶ γὰρ τοὺς ἐν Τροφωνίου καταβαίνοντας ἀφαιρεῖσθαι τὸν γέλωτα.

62. Extra lutum pedes habes.] De iis qui extra periculum versantur. Tale & illud, *Extra teli iactum.*

62. Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις.] Ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνου καθεστώτων· οἷον ἐστι καὶ τὸ, Ἔξω βέλους.

63. In holmo cubabo.] Quidam Ὅλμον vatem faciunt: alij holmo incubantes vates euadere, vnde ducta sit parœmia. Aristophanes quoque Grammaticus, vt qui in holmo dormiunt vates, inquit, & Apollinis tripodas nominari holmos, indeque Apollinem à Sophocle ἐνολμον cognominatum.

63. Ἐν ὅλμῳ εὐνάσω.] Οἱ μὲν Ὅλμον μάντιν φασί· οἱ δὲ, τοὺς ἐν ὅλμῳ κοιμηθέντας μαντικοὺς γίνεσθαι, ὡς ἐκ παροιμίαν λέγεσθαι. καὶ Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματικὸς φησὶν, ὡς οἱ ἐν ὅλμῳ κοιμηθέντες μαντικοί· καὶ τοὺς τρίποδας τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅλμους καλεῖσθαι, καὶ Ἀπόλλων ὑπὸ Σοφοκλέους ἔνολμος.

64. In quinque iudicum genibus situm est.] Sic dictum de re quæ in alterius sit potestate. Quinque enim iudices Comœdias diiudicabant, auctore Epicharmo. Affine est illud Homero perfamiliare, *Deorum in genibus situm est*. Siquidẽ in genibus iudices olim habebant, quæ nunc in tabulas referuntur.

64. Ἐν πέντε κριτῶν γούνασι κεῖται.] Παροιμιῶδες, οἷον, ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ εἰσίν. εἴρηται δὲ ἡ παροιμία, παρόσον πέντε κριταὶ τοὺς Κωμικοὺς ἔκρινον, ὡς φησὶν Ἐπίχαρμος. σύγκειται ἐν παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν, Θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. ἐπειδὴ οἱ κριταὶ ἐν τοῖς γόνασιν εἶχον, ἃ νῦν εἰς γραμματεῖα γράφεται.

65. Ἐν

næus libro XI. Eustathius in Homerum. Dictum videtur de iis qui aliena pascuntur liberalitate: quale illud: *Equus me portat, alit Rex.*

61. De hoc Trophonij specu multa Herodotus, & Aristophanis enarrator in Nubibus, quos diligenter Desiderius exscripsit. Meminit M. Tullius Tusculana prima, & De natura Deorum lib. III. Adscribam Heliodori locum lib. II. Æthiop. Καὶ ἐν Τροφωνείου λόγος ἀφωνεῖν τοὺς ὑπελθόντας. Meminit & in Νεκρικοῖς Lucianus.

62. Extra teli iactum.] De hoc infrà Adag. 89. Argutatur enim hîc H. Stephanus, dum simile esse negat. At non per omnia quadrare necesse est.

63. Meminit Adagij & Suidas. De ὅλμῳ Aristophanis interpres initio Pluti, vbi de tripode Apollinis. Athenæio poculi genus est, aliàs mortarium. Ἐνόλμου meminit & Apollonius Rhodius.

64. Plato lib. XI. De Legibus quinqueuiralis iudicij sic meminit: Ἐν πέντε δὲ τῶν νομοφυλάκων τοῖς νεωτάτοις εἶναι τὴν κρίσιν. *Penes quinque iuniores Iudices esse iudicium.* Hesychius: Πέντε κριταί, τοσοῦτοι τοὺς κωμικοὺς ἔκρινον, οὐ μόνον Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Σικελίᾳ. *Quinque iudices, tot enim de Comicis iudicabant, non Athenis modò, sed & in Sicilia.* Sic enim locum corruptũ emendauit Io. à Wouwere, Belga, Polymathiæ cap. XVI. De Tragicorum verò Iudicibus meminit Plutarchus in Cimone, quem vide, & Suidam atque Agellium libro X. cap. XVIII. & Sueton. Clau-

65. Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνω.] Παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἁπτομένων δὲ εὐθέως τῶν μειζόνων. ὡς εἴτις μανθάνων κεραμεύειν, πρὶν μαθεῖν πίνακας, ἢ ἄλλό τι τῶν μικρῶν πλάττειν, πίθῳ ἐγχειρείη. Δικαίαρχος δὲ φησὶν ἕτερόν τι δηλοῦν τὴν παροιμίαν, οἱονεὶ τὴν μελέτην ἐν τοῖς ὁμοίοις ποιεῖσθαι. ὡς κυβερνήτης ἐπὶ τῆς νηὸς, καὶ ἡνίοχος ἐπὶ τῶν ἵππων.

66. Ἐλάφειος ἀνήρ.] Ἐπὶ τοῦ δειλοῦ, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ζώου. δειλὸν γὰρ ἡ ἔλαφος.

67. Ἐλέφας μυῦ οὐχ ἁλίσκει.] Ἐπὶ τῶν τὰ μικρὰ καὶ φαῦλα ὑπερορώντων.

68. Ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἐλάχιστα ἐπαιρόντων τῷ λόγῳ καὶ μεγαλοποιούντων. Λουκιανὸς Μυίας ἐγκωμίῳ· Μὴ καὶ δόξω, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐλέφαντας ἐκ μυίας ποιεῖν.

65. In dolio figulinam disco.] Prouerbium dicitur de iis qui prima artis rudimenta excedunt, aggrediunturque maiora: vt si quis figulinam discens, priùs quàm vrceos similiaque vascula fingat, dolia aggrediatur. Dicæarchus verò alium Prouerbio sensum tribuit, nimirum curam rebus accōmodatam impendendam. Verbi gratia, nauclerus nauem gubernet, & equos auriga.

66. Ceruinus vir.] In timidos dictum, ducta ab animante tralatione. Ceruus enim formidolosus.

67. Elephas murem nō capit.] De iis qui parua ac tenuia contemnunt.

68. Elephantum ex musca facere.] In eos qui minima quæque verbis attollunt, atque amplificant. Lucianus in Muscæ encomio: *Ne videar, iuxta Prouerbium, ex musca elephantum facere.*

69. Immu-

Claudio cap. XI. item Scholiasten Horatij ad illud lib. I. Sat. X.

——— *Certantia iudice Tarpa.*

65. Ad prioren sensum Plato respexit in Lachete: Σκοπεῖν χρὴ μὴ οὐ ἐν τῷ Καρὶ ἡμῖν ὁ κίνδυνος κινδυνεύηται, ἀλλ' ἐν τοῖς ὑέσι τε καὶ ἐν τοῖς τῶν φίλων παισὶ, καὶ ἀτεχνῶς τὸ λεγόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν ἡμῖν συμβαίνῃ, ἐν πίθῳ ἡ κεραμεία. *Considerandum ne in Care, quod aiunt, periclitemur, sed in natis, atque amicorum liberis, & rudi modo quod dicitur vetere verbo nobis contingat in dolio figulinam exercere.* Ad Dicæarchi verò sensum Gregorius Theologus Apologia de fuga: Ὡς τό γε παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρεῖν, πρὶν αὐτοὺς ἱκανῶς παιδευθῆναι, καὶ ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐν ταῖς τῶν ἄλλων ψυχαῖς ἐκμελετᾶν τὴν εὐσέβειαν, λίαν ἐμοὶ φαίνεται ἀνοήτων. *Vt aliquem docere ingressus, prius quàm satis sit informatus, & iuxta antiquum Prouerbium in dolio figulinam exercere, in aliorum mentibus pietatem meditari valdè mihi stultum videatur.* vt sit *Figulinam in dolio exercere*, simile illi Prouerbio: *Quam quisque norit artem in hac se exerceat.* &, *Spartam quam nactus es, hanc orna.* Qui sensus magis etiam placuit Simplicio, Comment. in Epictetum, his verbis: Καὶ οὐ τῶν μικρῶν, ἀλλὰ τῶν μικροτάτων, ἵνα μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μελετῶμεν. & Theoni proœmio Progymnasmatum: Καὶ τὸ πάντων ἀγροικότατον, ὅτι οὐδ' οἷς προσῆκόν ἐστιν ἐγγυμνασάμενοι ἐπὶ τὰς δικανικὰς καὶ δημηγορικὰς ἴενται ὑποθέσεις, τὸ δὴ λεγόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνοντες.

66. Homericum videatur Adagium. Sic enim Achilles excandescens in Agamemnonem incurrit, Iliad. α.

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.

Ebrie & impudice, cor est timidi tibi cerui.

 70. Sui-

69. Immunes capræ ab aratris.] De iis qui à graui quadam re aut moleſta liberati ſunt.

70. Ineſt & formicæ fel.] Admonet Prouerbium, non eſſe paruos ac tenues contemnendos.

71. In tenebris ſaltare.] In eos qui ſine teſte laborant, aguntq́ue opus clanculùm.

72. Æſtate lænam deteris.] In eos qui non ſuo tempore neceſſariis vtuntur.

73. Ignauorum effeminatus ſermo.] Oratio enim ab animo formatur atque exprimitur.

74. In area latitas.] Hoc eſt, in area abſconderis. In eos dictum qui latere non poſſunt. Cuncta enim in area conſpicua.

75. Leoninam induor.] In eos qui magna aggrediuntur. Ductum ab Herculis hiſtoria.

76. Endymionis ſomnus.] In ſomnolentos iactatũ. Endymionis enim

69. Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων.] Ἐπὶ τῶν βάρους τινὸς ἢ κακῶν ἀπηλλαγμένων.

70. Ἔνεστι κἀν μύρμηκι χολή.] Παρεγγυᾷ μὴ δεῖν τῶν μικρῶν καταφρονεῖν.

71. Ἐν σκότῳ ὀρχεῖσθαι.] Ἐπὶ τῶν ἀμάρτυρα μοχθούντων, ὧν τὸ ἔργον ἀφανές.

72. Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις.] Ἐπὶ τῶν μὴ καθ᾽ ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρωμένων.

73. Ἔνεισιν ἐν δειλοῖσι κἀνανδροι λόγοι.] Ὅτι φησὶ καὶ οἱ λόγοι ταῖς ψυχαῖς συσχηματίζονται καὶ τυποῦνται.

74. Ἐν ἅλῳ δρασκάζεις.] Ἀντὶ τοῦ, ἐν ἅλῳ κρύπτῃ. ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων λαθεῖν. παντόθεν περίοπτος ἐστιν ἡ ἅλως.

75. Ἐνδύετέ μοι τὴν λεοντῆν.] Ἐπὶ τῶν μεγάλοις ἐγχειρούντων πράγμασιν. ἐκ μεταφορᾶς τοῦ Ἡρακλέους.

76. Ἐνδυμίωνος ὕπνος.] Ἐπὶ τῶν πολλὰ κοιμωμένων. Ἐνδυμίων γὰρ κάλλει

70. Suidas adiecit κἂν σέρφῳ, quem interpres Latinè *culicem* vertit, Henr. Stephanus *coſſum*.

71. Lucianus in Hermotimo: ἐν σκότῳ, φασὶν, ὀρχεῖσθαι.

72. *Lænam*, quam Græci χλαῖναν vocant, Nonius Marcellus vertit; *pænulam* alij & *chlamydem*, quæ hiemis veſtis eſt, & peregrinantium. Philemon Comicus apud Laërtium Crateti, quòd æſtate pallium craſſum, hieme laceram geſtaret tunicam, obiecit.

74. Refert & Suidas, ſed vtrobiq; δρακάζεις vitiosè ſcriptum cernas, pro δρασκάζεις, quod *occultari* eſt, & *latitare*.

75. Ortum habet Prouerbium à Cumano aſino, de quo lepidus apud Lucianum in Piſcatore Apologus extat, qui & frequenter Prouerbium adhibet, in Pſeudologiſta, & Philopſeude, vt & Euſebius in Hieroclem. Nota & altera Herculis fabula, leonis pelle atque exuuiis cum claua & arcu inferos, vt Cerberum educeret, petente. Quod ἐν Βακχαῖς, in Baccho molli Deo irridet Ariſtophanes, & in Menippo ſuo idem Lucianus, Deorum hominumq́ue irriſor.

76. Diogenianus, Suidas, & Apoſtolius ampliùs habent, Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις. Vtitur Prouerbio Ariſtoteles lib. x. Ethic. Nicomach. & Cicero Tuſcul. I. ac lib. v. De finibus bon. & malorum.

77. Eadem

κάλλει διενεγκόντος ἠράσθη Σελήνη, καὶ Ζεὺς αὐτῷ δίδωσι ταύτης αἰτησαμένης ὃ βούλεται ἑλέσθαι. ὁ δὲ αἱρεῖται κοιμᾶσθαι διαπαντὸς ἀθάνατος καὶ ἀγήρως μένων. ἐκ τούτου τὴν παροιμίαν γενέσθαι φασί.

77. Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ Ἀνδροκλείδης πολεμαρχεῖ.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν τῶν διὰ περιπέτειάν τινα τιμῆς ἀξιουμένων. τοιαύτη δέ ἐστι καὶ ἡ λέγουσα·

Ἐν γὰρ ἀμηχανίῃ καὶ καρκῖνος ἔμμορε τιμῆς.

Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς.

καὶ γὰρ, Ἐν ἀμούσοις καὶ κορυδὸς φθέγγεται.

78. Ἐν τριόδῳ εἰμί.] Ἐπὶ τῶν ἀδήλων πραγμάτων. ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἐν τριόδῳ γενόμενος, οὐκ οἶδε ποίᾳ χρήσεται ὁδῷ.

79. Ἐντὸς ἑβδόμης.] Ἀπείρητο Ἀθήνησι στρατείαν ἐξάγειν πρὸ τῆς τοῦ μηνὸς ἑβδόμης.

80. Ἐπακτὸς ὅρκος.] Οὐκ ἐγχώριος, ἀλλ᾽ ἀπὸ ξένης ἐπηγμένος. ἢ ὃν ἕτερος ἐπάγει οὐκ αὐθαίρετος.

81. Ἐπειοῦ δειλότερος.] Οὕτως

formâ adducta Luna, huius amore capta est; illique, Luna intercedente, concessit Iupiter, vt quæ vellet nanciscere-tur. Ille verò dormire præoptauit, per omnia immortalis perseuerãs, & expers senij. Hinc natum aiunt Prouerbium.

77. Seditione orta dux Androcleis vel habendus.] In homines viles ac tenues, qui temeritate quadam ad dignitatẽ perueniunt. Talia sunt & hæc;

Re desperata vel cancer dignus honore.

Rebus turbatis vel pessimus est in honore.

Et; *Inter indoctos etiam corydus sonat.*

78. In triuio versor.] De rebus perplexis atque incertis. Qui enim in triuio est constitutus, qua via progredi debeat, ignorat.

79. Intra septimam.] Lex erat Athenis post septimam mensis diem copias educere.

80. Iusiurandum adactũ.] Quod non vernaculum, sed peregrinum; vel ad quod quis adigitur, nõ spontaneum.

81. Epeo timidior.] Sic vocatus fuit

---

77. Eadem Suidas, Diogenianus, Apostolius, Scaliger metri lege vt Suidas & Vatic. Ἀνδροκλέης. Diogen. verò & Apostolius Ἀνδροκλῆς. qui Zenobio Ἀνδροκλείδης veluti patronymici forma est.

Ἐν δὲ διχοστασίῃ, &c.] Est apud Plutarch. in vita Niciæ, in comparatione Lysandri & Syllæ, & libello περὶ φιλαδελφίας.

78. Suidas λογισμῶν addit. Mercurius quoque *biceps & triceps* in biuiis collocari solitus, vt viæ dux. Theognis ver. 907.

Ἐν τριόδῳ δ᾽ ἕστηκα· δύ᾽ εἰσὶ δὲ πρόσθεν ὁδοί μοι.
Φροντίζω τούτων ἥντιν᾽ ἴω προτέρην.

Ancipiti in triuio via duplex: altera quarum
Non mihi displicuit, non minùs illa placet.

Plato lib. VII. de Legibus: Καθάπερ ἐν τριόδῳ γενόμενος. *Vt in triuio collocatus.*

79. Suidas eadẽ & Hesychius. Erasmus affine videri putat ἕβδομος βοῦς. Tu vide Fabium Paulinum libro 5. Hebdomadum, cap. IV.

80. Eadem Diogenianus, Suidas, Hesychius, & Etymologicum. Tria quoque iuramenti genera numerant Iurisconsultorum filij: Ἐπώμοτον, κατώμοτον, ἐπακτόν. *Astrictum, adiuratum, & coactum.*

82. Am-

fuit Cratinus Comicus, fortè quòd cùm Oenoidis tribus præfectus eſſet, appareretque timidior. Erat enim Epeus meticuloſus.

82. Mandraboli in morem.] Prouerbium in eos iactatum qui in peius indies labuntur. Hic enim Mandrabolus reperto in Samo theſauro, ouem auream poſuit Iunoni; altero verò anno argenteam, tertio denique æream.

83. Cicernus Bacchus.] De re nullius pretij.

84. Deſerta cauſa.] Quando non accuſante actore reus à iudice abſoluitur.

85. Hermonium beneficiũ.] Pelaſgi quidam Lemnum habitantes, nauibus in Bæbronem Atticæ delati ſunt, ibique feminas rapuerunt. Peſtilentia verò vexati, oraculo iuſſi ſunt Athe-

ἐλέγετο Κρατῖνος ὁ κωμικὸς· ἴσως διὰ τὸ ταξιαρχῆσαι τῆς Οἰνοΐδος φυλῆς καὶ δειλότερος φανῆναι. καὶ γὰρ ὁ Ἐπειὸς δειλὸς ἦν.

82. Ἐπὶ Μανδροβόλου.] Αὕτη τέτακται κατὰ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον προκοπτόντων ἀεί. ὁ γὰρ Μανδρόβολος οὗτος εὑρὼν ποτὲ θησαυρὸν ἐν Σάμῳ, πρῶτον πρόβατον χρυσοῦν ἀνέθηκε τῇ Ἥρᾳ· τῷ δὲ δευτέρῳ ἔτει ἀργυροῦν, καὶ τῷ τρίτῳ χαλκοῦν.

83. Ἐρεβίνθειος Διόνυσος.] Παροιμία ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων.

84. Ἐρήμη δίκη.] Ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ διωκόμενος ἐπὶ τὴν κρίσιν καταδικασθῇ.

85. Ἑρμώνειος χάρις.] Πελασγοί τινὲς τὴν Λῆμνον οἰκοῦντες, ἦλθον ἐν ναυσὶν ἐς Βαίβρωνα τῆς Ἀττικῆς, καὶ τὰς γυναῖκας ἐκεῖθεν ἥρπασαν. λοιμῷ δὲ περιπεσόντες, προσετάχθησαν δίκας διδόναι τοῖς

82. Ampliùs Apoſtol. cũ Vatic. Ἐπὶ Μανδραβόλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα, *Vt Mandrabolo ſuccedit negotium*; qui & Μανδράβολας per primã inflectit: hîc Μανδράβολος eſt, & paulò aliter rem commemorat, vt cùm Diis anniuerſaria vouiſſet iureiurando ſacra, primo anno decem boues mactarit, altero nouem, deinde octo, & ſic deinceps iuriſiurandi violati reus ſit factus. Ephorum etiam huius auctorem facit, & γεωφάνιον cum Suida nominat, quem θησαυρὸν Zenobius. Et Diis non Iunoni Samiæ dedicaſſe ouem auctor eſt Diogenianus. Iunius Hadrianus ex Æliano lib. XII. Animalium, tertio pedatu Prouerbium explanat Centuria v. Adag. 83. in eos qui inconſulta temeritate aliquid offerrent, Adhibet autem Lucianus lib. De mercede ſeruientibus, & Alciphron in Epiſtolis. Simile illud Menedemi apud Plutarchum, qui diceret multos Athenas venire ſtudij cauſa, principio ſapientes, deinde Philoſophos, poſteà Rhetoras, poſtremò idiotas euadere.

83. De cereuiſia Eraſmus è Iuliani Epigrammate exponit, qui Cerealis potiùs quàm Bacchicus potus eſt. Adagij meminit Suidas & Heſychius.

84. Iuriſconſulti cõpoſita dictione cùm in Pandectis, tum in Codice Iuſtinianeo, *Eremodicium* nominant, cùm altera parte abſente fertur ſententia, vt in Pandectas Budæus annotat. & affini propemodum ſignificatione *Præuaricari*, & illud infrà ἐθελομόλος. Ἐρήμην verò hoc ſenſu extulit Plato in Apologia, & Lucianus in Toxaride, & Ioue Tragœdo De Promiſſione deſerta diſſerit Alciatus lib. II. Parergωn, cap. XXVII.

85. Ἐς Βαίβρωνα.] Herodotus lib. IIII. *Brauronem* vocat Atticæ vicum. De Miltiade verò Probus Æmilius, ſeu potiùs Corn. Nepos, aliter paulò geſtæ rei hiſtoriã commemorat: paucioribꝰ verò Suid. & Heſych.

τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ οὕτως ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ λοιμοῦ. κελευόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκλιπεῖν τὴν Λῆμνον εἶπον οἱ Πελασγοί, εἴ τις αὐθημερὸν Ἀθήνηθεν Βορέᾳ χρησάμενος καταπλεύσειεν εἰς τὴν Λῆμνον, ἐκστήσονται τῆς χώρας αὐτῷ. ὕστερον δὲ Δαρείου τοῦ Πέρσου περὶ Θρᾴκην ὄντος, καὶ πάντα χειρουμένου τὰ πέριξ, Μιλτιάδης Ἀθηναῖος ἐκ τῆς Χερρονήσου ἀφεὶς ἐς τὸ πέλαγος καταλαμβάνει τὴν Λῆμνον, καὶ πρὸς τοὺς Πελασγοὺς ἔφη, Βορέᾳ χρησάμενος αὐθημερὸν ἥκειν. Ἕρμων δὲ βασιλεύων τῶν Πελασγῶν ἐξέστη τῆς χώρας, τῇ μὲν ἀληθείᾳ τοῦ Δαρείου τὴν δύναμιν φοβηθείς· προσποιούμενος δὲ ἑκὼν διδόναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν χάριν. εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν κατ᾽ ἀνάγκην τισὶ προσποιουμένων χαρίζεσθαι.

86. Εἰς Μακάρων νήσους.] Ὁ Ἡσίοδός φησι Μακάρων νήσους εἶναι περὶ τὸν Ὠκεανόν, κἀκεῖ τοὺς εὐδαίμονας οἰκεῖν ὑπὸ Κρόνου βασιλευομένους. ὅθεν ἐπὶ τῶν μακαρίων εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν.

87. Ἐς κόρακας.] Ἐν Θεσσαλίᾳ τόπος ἐστὶ Κόρακες, ὅπου τοὺς κακούργους ἔβαλλον· ὅθεν ἡ παροιμία. μέμνηται δὲ ταύτης Μένανδρος συνεχῶς. λέγουσι δὲ, ὅτι Βοιωτοῖς Ἄρνην ποτὲ διοικοῦσι προείρητο ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἐκπεσεῖσθαι τῆς χώρας λευκῶν κοράκων φανέντων. νεανίσκοι δέ ποτε μεθυσθέντες, καὶ συλλαβόντες κόρακας, γυψώσαντες,

niensibus satisfacere, sicque luem cessaturam. Iubentibus autem Atheniensibus Lemno Pelasgi vt excederent, dixerunt hi per iocum, tum demum regione cessuros, si quis Athenis vno die Borea vsus vento in Lemnum adnauigasset. Pòst Dario Persarum rege Thraciam inuadente, omniaque circumcircà occupante, Miltiades Atheniensis è Chersoneso soluens, maritimo itinere Lemnum tenuit: denuntiauitque Pelasgis Borea se vsum, eo ipso die nauem appulisse. Hermon Pelasgis tum imperans regione excessit, reuerà potentiam veritus Darij regis, fingens tamen, quasi volens Atheniensibus gratificaretur. Vsurpatum itaque Prouerbium de iis, qui necessitate adacti sponte gratificari se simulant.

86. In Beatorum insulas.] Hesiodus ad Oceanum has collocat, ibidemque fortunatos, Saturno regnante, habuisse. Hinc in felices dici cœptum Prouerbium.

87. Ad coruos.] In Thessalia locus erat, cui Corui nomen, quo sontes præcipitabantur: vnde sumtum Prouerbium; cuius & frequenter Menander meminit. Ferunt enim Bœotiis Arnam quondam occupantibus datum oraculum, fore vt regione exciderent, cùm albi corui apparerent. Adolescentuli verò temulenti captos coruos, gypsoque obli-

86. Diuerso ab hoc sensu suprà, Βάλλ᾽ ἐς μακαρίαν, pro in rem malam: quo & sequens pertinet Prouerbium.

87. Affine huic Adagiũ suprà Cent. II. Adag. Βάλλ᾽ εἰς κόρακας. & inf. Σκορακίζειν. Aristophanes sæpè vsurpat, in Pluto, ac Nubibus, vbi eius enarrator paulò aliter hanc refert historiam. Fides penes auctorem esto.

oblitos volare permiserant. quibus conspectis turbati sunt Bœotij, quasi oraculi dies venisset. Adolescentuli quoque metu perculsi, tumultum fugientes, locum tenuerunt, quem Coruos nominarunt. Post hæc pulsis Bœotiis Æoles Arnam occupauerunt, ac delinquentes ad Coruos sic dictos relegarunt.

ἀφῆκαν πέτεσθαι· ἰδόντες δὲ οἱ Βοιωτοὶ, ἐταράχθησαν, ὡς τῆς μαντείας λαβούσης τὸ τέλος. καὶ φοβηθέντες οἱ νεανίσκοι τὸν θόρυβον, φυγόντες, ᾤκησαν τινὰ τόπον, ὃν ἐκάλεσαν Κόρακας. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκβαλόντες τοὺς Βοιωτοὺς οἱ Αἰολεῖς, ἔσχον τὴν Ἄρνην οἰκείαν οὖσαν, καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας μεθιστᾶσιν εἰς τοὺς Κόρακας καλουμένους.

88. Alterutra causa.] Ad quam aduersarius non accedit.

88. Ἐπερημόλιος δίκη.] Εἰς ἣν ἀντίδικοι οὐκ ἦλθον.

89. Extra teli iactum esse.] Prouerbium longè ab ictu teli hostilis secedendum suadet.

89. Ἔξω βελῶν καθῆσθαι.] Παροιμία παραινοῦσα μακρὰν ἑαυτὸν τῶν βελῶν τῶν ἐναντίων ποιεῖν.

90. Per Sylosontem regio facta est amplior.] Syloson Samius Dario Persarum regi charus, ab eodemq; Sami præfectura, Polycrate extincto, donatus, cùm acerbè atque superbè imperaret, plerique relicta insula aliò demigrarunt. Hinc natum Prouerbium.

90. Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρία.] Συλοσῶν Σάμιος φίλος ἐγένετο Δαρείῳ τῷ Περσῶν βασιλεῖ, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν ἐν Σάμῳ δυναστείαν παρέλαβε, τελευτήσαντος Πολυκράτους. ἐπεὶ δὲ πικρῶς καὶ χαλεπῶς ἦρχε, ἐκλιπόντες τὴν νῆσον οἱ πλείους, μετῴκησαν. ὅθεν ἡ παροιμία.

91. Ad id quod oportuit [expendi].] Pericles, vt narrant, magnam pecuniæ vim Pleistianacti Laconum regi adnumerauit, & vt Attica, cui bellũ intulerat, excederet, persuasit. Post rationes pecunię expensę daturus Athenien-

91. Εἰς τὸ δέον.] Περικλῆς, ὥς φασιν, ἔδωκε χρήματα τῷ βασιλεῖ τῶν Λακεδαιμονίων Πλειστοάνακτι, καὶ συνέπεισεν αὐτὸν ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ πολέμῳ προσαχθέντα. διδοὺς οὖν λόγον τῶν χρημάτων μετὰ ταῦτα τοῖς Ἀθηναίοις,

88. Totidem hæc verbis Diogenianus & Suidas, nisi quòd in Aldi editione λίκη, pro δίκη hîc lego. In Hesychio vitiosè ἐπερήμωος δίκη, fortè pro illo, quod apud eumdem est Suidam, ἐπερκλῆς νίκη. Affine huic suprà Adag. 84. ἐρήμη δίκη.

89. Vtuntur frequenter Græci, ἐντὸς τοῦ βέλους, καὶ ἔξω τῶν βελῶν. *intra teli iactum, & extra tela.* Lucianus adhibet frequenter, & Historici Latini, vt Q. Curtius: *Extra teli iactum esse aciem.* Homerus Ἰλ. ξ'.

Ἐκ βελέων, μή πού τις ἐφ' ἕλκει ἕλκος ἄρηται.

Contrariũ verò ἐντὸς τοῦ βέλους. apud eũdem Lucianum in Baccho, & Virg. XI. Æn. 608.

Iamq; intra iactum teli progressus vterq;.

Vatic. παροιμία ἔξω τῶν κακῶν χέζειν.

90. Meminit historiæ & Strabo li. XIV. Geographiæ, qui & alteram refert de chlamyde Dario oblata, quod & Herodotus narrat lib. III. & Ælianus lib. IV. Variæ historiæ cap. V. ac de Latinis Val. Maximus lib. V. cap. II. vnde & alterum natum Prouerbium, ἡ Συλόσοντος χλαμὺς ἢ χάρις, apud Diogenianum, & in Plutarchi Collectan.

91. Πλειστοάνακτι verti ac reposui (quomodo & Gilb. Cognatum edidisse pòst comperi)

ναίοις, καὶ μὴ θελήσας φανερῶς λογίσασθαι, εἶπεν, Εἰς δέον ἀνήλωσα τοσάδε τάλαντα.

92. Εἰς Ἀφάννας.] Συβαρῖται νίκην τὸν θεὸν ᾐτοῦντο κατὰ Κροτωνιατῶν, παρόντων ἐκείνων. ἑνὸς δὲ τῶν Κροτωνιατῶν χλευάσαντος, καὶ εἰπόντος, Ὅτι τεύξεσθε ταύτης ἐν Ἀφάνναις, τὴν πρόῤῥησιν τοῦ θεοῦ ἐθαύμασαν. λέγεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δοκούντων ἀνυποστάτων εἶναι.

93. Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου.] Κόθορνός ἐστιν ὑποδήματος εἶδος ἐφαρμόζοντος καὶ δεξιῷ καὶ ἀριστερῷ ποδὶ, ὅθεν καὶ Θηραμένην, τὸν ἐπὶ τῶν λ. Κόθορνον ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι. ἐπὶ τῶν συστρεφομένων οὖν συνεχῶς ἡ παροιμία εἴρηται.

94. Εὔνους ὁ σφάκτης.] Αὕτη ἡ πα-

sibus, neque efferre clarè cùm vellet: *Ita vt oportuit*, inquit, seu Reipub. commodo, tantum talentorum insumsi.

92. In Aphannis.] Sybaritæ victoriam ab Apolline consulentes poscebant de Crotoniatis, illis tum fortè præsentibus. Vnus autem irridens dixit, Victoria potiemini in Aphannis, responsumq; Apollinis illi admirati sunt. Vsurpatur autem Prouerbium in eos qui se inuictos putant.

93. Cothurno versatilior.] Cothurnus calcei genus est dextro ac sinistro pedi perinde accommodum. vnde & Theramenem triginta tyrannorum Cothurnum Athenienses appellarunt. Iactatur Adagium in homines miræ inconstantiæ, fidéique lubricæ.

94. Beneuolus mactator.] Tractũ Ada-

peri) pro illo corrupto ac mutilo Ἀσυνάκτῃ, ex Thucydide lib. v. Plutarcho in Pericle, & Aristophanis enarratore ἐν Νεφέλαις, pagina 174. cuius verba cùm quia Erasmi acumen fugerunt, tum quia lucem loco adferent, adscribere non pigebit: Περικλῆς τοῖς Ἐφόροις Λακεδαιμονίων Κλεάνδρῳ καὶ Πλειστάνακτι χρήματα δέδωκεν ὑπὲρ προδόσεως. καὶ τούτων ἀπαιτούμενος ὑπὸ τῆς πόλεως λόγον, οὐκ ἀξιῶν ἑαυτόν τε καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους καταισχύνειν, ἔλεγεν, Εἰς τὸ δέον ἀνήλωσα. τοῦτο δὲ γνόντες Λακεδαιμόνιοι, τὸν μὲν Κλεανδρίδην ἐφυγάδευσαν, τὸν δὲ Πλειστάνακτα δεκαπέντε ταλάντοις ἐζημίωσαν, οἰηθέντες αὐτοὺς διὰ τὸ φείσασθαι τῆς λοιπῆς Ἀθηναίων γῆς δωροδοκήσαντας, ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀναχωρῆσαι. *Pericles Lacedæmoniorum Ephoris Cleandro & Pleistianacti proditionis nomine pecuniam est largitus. Et expensæ pecuniæ ratio cùm exigeretur ab Atheniensibus, ratus neque se neque Lacedæmonios probro esse notandos; Expendi, inquit, in necessaria. Quo cognito Lacones Cleandridem quidem morte, Plestianactem verò quindecim talentis multarunt: quòd existimarent ipsos pecunia corruptos reliquo Atheniensium agro parcentes, ex Attica pedem retulisse.*

92. Stephanus περὶ πόλεων aliter explicat. Aphannas enim Siciliæ locum esse obscurum ait, vnde illi nomen, ductumque Prouerbium de re incerta, quæ non exsistat.

93. Vsurpat Lucianus in Pseudologista. Aristænetus lib. I. Epist. vlt. Τότε δὲ πάλιν, ὡς εὐμεταβολωτέρα κοθόρνου, ἀναίνεται σοβαρῶς, ὃν ἀρτίως ἐπόθει. *Tunc rursum, vt cothurno versatilior, magnificè repudiat, quem hactenus exoptarat.* De *Theramene* verò Atheniensi Oratore idem ἐν ἐρωτικοῖς Samosatensis, & Plutarchus ἐν πολιτ. παραγγέλμασι. qui in Nicia eodem notatum inconstantiæ vitio, vt *Cothurnus* nominaretur, affirmat. Tales æui nostri, quos *Politicos* nominant, qui religionem susque deque ferunt; imperent modò.

94. Τὴν γὰρ μητέρα.] Reponendum arbitror τὴν μητρυιάν. Nouerca enim fuit Berenice Ptolemæi Philopatoris quarti regis Ægy-

ptio-

Adagium ab Orestis historia, referente & Homero. Matre enim occisa, epulum funebre instituit. Quidam similiter ab Antigono rege sumtum putant, qui Semele contrucidata, eius ossa magna cura matri remisit. Alij potiùs à Ptolemęo, qui Philopator cognomento dictus, deriuant. Hic enim cùm Berenicen matrem in suo palatio cepisset, & Sosibio seruandam tradidisset; iniuriam illa non ferens, venenum hausit, periitq; e. Insomniis ille turbatus media in vrbe monumentum construxit, quod ΣΗΜΑ *sepulcrum* inde dictum. In hoc maiores vnà cum matre composuit, in quibus Alexandrum etiam Magnum. & in Ægialis fanum hoc nomine dedicauit; BERENICES SERVATRICIS.

οιμία παρελήφθη ἀπὸ τοῦ Ὀρέστου, ὡς καὶ Ὅμηρος ἐδήλωσεν. ἀποκτείνας γὰρ τὴν μητέρα, περίδειπνον ἐποίησεν. ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως, ὃς Σεμέλην φονεύσας, τὰ ὀστᾶ αὐτῆς μετὰ πολλῆς φροντίδος ἔπεμψε τῇ μητρί. ἔτι δὲ μᾶλλον ἀπὸ Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος. τὴν γὰρ μητέρα Βερενίκην καθείρξας ἐν μεγάροις, καὶ παραδοὺς Σωσιβίῳ φυλάττειν, ἐπεὶ ἐκείνη οὐ φέρουσα τὴν κόλασιν, ἔπιε θανάσιμον βοτάνην, καὶ τὸ φάρμακον πιοῦσα ἀπέθανεν· διὰ ταῦτ' αὐτὸν τὴν ὀνείρων ταραχὰς ἐν μέσῃ τῇ πόλει μνῆμα οἰκοδομῆσαι, ὅπου Σῆμα καλεῖται, πάντας ἐκεῖ τοὺς προπάτορας σὺν αὐτῇ κατέθετο, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. καὶ ἐπὶ τῶν Αἰγιαλῶν δὲ ἱερὸν τῇ ἱδρύσατο, ὃ ἐκάλεσεν Βερενίκης σωζούσης.

95. Indemnis spectabo aliū mala nostra tenentem.] Ἐξάτης sanū integrumq; significat, quasi dixeris, ἔξω ἄτης, quod est *extra noxam*, vt ait Plato.

95. Ἐξάτης λεύσσω τὸ μὲν κακὸν ἄλλον ἔχοντα.] Τὸ Ἐξάτης τὸ ὑγιὲς δηλοῖ, καὶ τὸ ἔξω ἄτης, ὅ ἐστι βλάβης, ὡς Πλάτων φησί.

96. Fortunata Corinthus, at ipse

96. Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην

---

ptiorum, filij Ptolemæi Euergetæ, cuius Euergetæ vxor illa fuit. Filios habuit Magam & alios; ipsa quoque nata Mage Rege Cyrenarū. Meminit Polybius, Plutarchus, Iustinus lib. XXVII. Suidas in Φίλαρχος, & Stephanus in *Berenicidæ*. Non rectè igitur Erasmus, & Cognatus, Ptolemæi Philopatoris filiū faciunt, qui Ptolemæus Epiphanes esset. Porrò simile illud Prouerbium suprà allatum, *Intempestiua beneuolentia à simultate nihil differt:* & Ennianum apud Ciceronem Offic. libro II. *Benefacta malè locata, malefacta arbitror.*

95. Ἐξάντης.] Suidas: ἐξάντης, ἔξω ἄτης καὶ βλάβης. Plato in Phædro: ἐξάντη ἐποίησε τὸν αὐτὴν ἔχοντα. Simile autem illud Lucretij libro IIII.

Suaue mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem.

& Sophoc. apud Cic. lib. II. ad Att. ep. VII. *Cupio istorum naufragia ex terra intueri; cupio, vt ait tuus amicus Sophocles,* Καὶ ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκούειν ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί. *Et animo securo sub tecto densas audire guttas.* quem poëtæ versum non rectè in Chil. ad. Desiderius constituit, exstatque in Stobæo λόγῳ ιζ'. Περὶ ναυτιλίας καὶ ναυαγίων.

96. Strabo lib. VIII. Geogr. pro oraculo sic responsum fuisse scribit Asiano cuidam, & à quibusdam perperàm legi Τεγεάτης pro Τενεάτης. Affine huic Maronianum illud in re rustica videatur:

——— *laudato ingentia rura,*
Exiguum colito. ———

97. Vti-

ξείνῳ Τενεάτης.] Κώμη ἐστὶ πλησίον τῆς Κορίνθου Τενέα, κατάφυτος. ὡς οὖν ἐν τῇ κώμῃ ὁμολογούντων μὲν Κόρινθον εἶναι εὐδαίμονα, αἱρουμένων δὲ ἥττονα κώμην ἔχειν, οὕτως εἴρηται.

97. Ἐν νυκτὶ βουλή.] Ἡ παροιμία οὕτως εἴρηται, ἐπειδὴ ἡσυχίαν ἔχει ἡ νύξ, καὶ δίδωσι κατὰ σχολὴν λογισμοὺς τοῖς περὶ τῶν ἀναγκαίων βουλευομένοις.

98. Ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον.] Αὕτη τάττεται ἐπὶ τῶν μεταβολὴν ἐπὶ τοῖς κρείττονα διανιζομένων. Ἀθήνησι γὰρ ἐν τοῖς γάμοις ἔθος ἦν, ἀμφιθαλῆ παῖδα ἀκάνθας μετὰ δρυΐνων καρπῶν στέφεσθαι, καὶ λίκνον ἄρτων πλῆρες περιφέροντα λέγειν, Ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον. ἐσήμαινον δὲ ὡς ἀπώσαντο μὲν τὴν ἀγρίαν καὶ παλαιὰν δίαιταν, εὑρήκασι δὲ τὴν ἥμερον τροφήν.

99. Ἐκκέκοπται ἡ Μουσική.] Φασίν, ὅτι τῶν παλαιῶν ἐν τοῖς συμποσίοις φιλολόγῳ ζητήσει χρωμένων, οἱ ὕστερον τὰς μουσουργοὺς καὶ κιθαριστρίας καὶ ὀρχηστρίας ἐπεισήγαγον.

siem Teneates.] Corintho vicinus vicus est Tenea, arboribus consitus & amœnus. Prouerbium igitur est, de fatentibus felicem quidem & abundantem Corinthum, præferentibus tamen minùs frequens opidum.

97. In nocte consilium.] Effertur Prouerbium, quòd quietem nox habeat, detque per otium de rebus necessariis deliberandi locum.

98. Effugi malum, reperi melius.] Adhibetur Adagium de iis quos mala cum melioribus cõmutasse auguramur. Athenis enim Atticis mos erat in nuptiis puerum aliquẽ puberem, cuius vterque parens viueret, circũferre spinis ac glandibus quernis coronatũ, & vannum panibus repletũ, ac dicere identidẽ: *Effugi malũ, inueni melius*. Docet verò Prouerbium agrestẽ ac priscum victũ missum factum, reperta frugũ esca mansuetiore.

99. Excisa Musica est.] In conuiuiis olim ferunt eruditas esse tractatas quæstiones; pòst verò citharistrias, psaltrias, ac saltationes introductas.

100. Dicas

---

97. Vtitur & explicat Theon Sophista in Progymnasmatis.

98. Habet eumdem nuptiarum apud Athenienses ritum Suidas, qui rectiùs λίκνον pro *vanno* aut *sportula panaria* habet, quàm Zenobius noster λίνον. Apostolius per diphthongũ λείκνον nõ malè præfert. Erasmus *cunas* cur reddiderit, & Io. Hartungus Decuria II. cap. VIII. λύχνον nescio cur ediderit. Alterum porrò sensum non in nuptiis, sed in omni vitæ commutatione adfert Diogenianus, & affine, quod suprà explicui, ἅλις δρυός: *Satis quercus*.

Ἀμφιθαλὴς παῖς.] Pubes est, cui vterque superstes parens, quem Latini *patrimum matrimum* dicebant. Lege Ios. Scaligerum Notis in Catulli Epigr. I.

99. Suidæ interpres Germanus *extirpatam Musicam* reddit: ineptè verò Gilbertus *approbatam*. De hoc autem priscorum more eadem Suidas, & ex eo Apostolius, addúntque quosdam nouitatem istam accusantes hoc vsos Prouerbio. Plato quoque Musica mutata Reip. pariter mores commutari docet lib. IV. de Rep. Εἶδος καινὸν Μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον, ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα. οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται Μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων. De Græcorum autem studio

100. Dicas tria iuxta aulam.] Data olim his qui ad mortem ducerentur hæc libertas, vt cibo potuque saturi tria, quæ vellent, dicerent; posteà muti abducebantur ad supplicium. Tunc enim ἀυλὴν vocabant, quam nunc ἀρχεῖον, id est, *Prætorium & forum iudiciale* dicimus. Quò deductos, in eoque victitantes, *Aulicos* nominabant. Hinc nata Prouerbij origo est.

CENTVRIA IV.

1. TVo damno lunam detrahes.] Thessalæ feminæ lunam detrahentes dicuntur oculis ac pedibus priuari. Fertur Adagium in eos, qui malum sibi volentes accersunt.

2. Si quid mali, in Pyrrham.] Ferunt Pyrrhæos finitimis omnibus odio valdè fuisse: vnde si quod malum aliquando videretur impendêre, id abominantes precabantur, vt in Pyrrheos recideret, dicentes: *Si quid mali impendet, in Pyrrham auertatur.*

100. Εἴποις τὰ τρία παρὰ τῇ αὐλῇ.] Τοῖς ἐπὶ θάνατον ἀπαγομένοις τὴν παῤῥησίαν ταύτην ἐδίδουν, ὥστε τροφῆς καὶ οἴνου πληρωθεῖσι τρία λέγειν ἃ βούλονται. μεθ' ἃ φιμωθέντες ἀπήγοντο πρὸς τὴν κόλασιν· τὸ δὲ νῦν Ἀρχεῖον λεγόμενον, Αὐλὴ ἐκαλεῖτο. ὅπου ἀπήγοντο, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ διαιτωμένους, Αὐλικοὺς ὠνόμαζον. ὡς ἐκ τούτου φανερὰν τὴν παροιμίαν εἶναι.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Δ.

1. ΕΠΙ σαυτῷ τὴν σελήνην καθελεῖς.] Αἱ τὴν σελήνην καθελοῦσαι Ἐτερίδες λέγονται τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ποδῶν στερίσκεσθαι. εἴρηται οὖν ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς τὰ κακὰ ἐπισπωμένων ἡ παροιμία.

2. Εἴτι κακὸν, εἰς Πυῤῥάν.] Φασὶν ὅτι οἱ Πυῤῥαῖοι πρὸς τοὺς ὁμόρους πάντας ἀπεχθῶς εἶχον. ἐκεῖνοι οὖν τὰ συμβαίνοντα αὐτοῖς κακὰ ἀποδιοπομπούμενοι, καὶ ἐκβάλλοντες εἰς τὴν Πυῤῥαίων χώραν, ἐπεφώνουν, Εἴτι κακὸν, εἰς Πυῤῥάν.

3. Εὐγε-

dio musicæ M. Cicero, M. Fabius, & Cornel. Nepos seu Æmilius Probus proloquio Excellentium Græciæ Impp. & de Græcis Athenæus lib. XIV. Δειπνοσ.

100. Παρὰ τῆς αὐλῆς.] Suidas meliùs dandi casu παρὰ τῇ αὐλῇ, *iuxta curiam* aut *prætorium*, nō *septum*, vt Erasmus vertit, quasi ἑρκεῖον legisset: qui iterū peccat cùm pro φιμωθέντες, quod est *constricti* seu *ligati*, vertit *promulgata damnatione*. falsus, ni fallor, corrupta Zenobij lectione φημωθέντες. Meliùs tamen reddidisset, *muti abducebantur*, nam φιμόω, *os obturo* sonat.

Ἀρχεῖον καὶ αὐλή.] *Aula* hodie Latinis non tam pro *tribunali*, *basilica*, aut *prætorio*, quàm pro *Principum Regumq́ue curia* in vsu est; indeque *Aulici* dicti, qui *Palatini*, diuersa paulùm ab hac Zenobij significatione.

CENT. IV.

1. MVLTA hîc peccantur. Rectiùs fortasse Suidas & Apostolius καθελκεῖς & καθέλκουσαι, nisi μᾶλλον δεύτερον dixeris à καθαιρέω. Ἐτερίδες quæ sint veneficæ equidem ignoro. Ἐταιρίδες legit Hartungus. Ceteri Παροιμιογράφοι constanter Θετταλίδες non malè mea sententia præferunt: vnde & Adagium, *Thessala mulier*, vt magia infamis. Deniq; τῶν ποδῶν, pro τῶν παίδων iidem meliùs habent. Notum autem Prouerbium, *Lunā deuocare*, & de Lamiis domi cæcis forisq; oculos imponētibus nota in vulgus fabula.

2. Affinia his Prouerbia, *Suo capiti*: *Hostibus*

3. Εὐγενέστερος Κόδρου.] Ὁ Κόδρος Μελάνθου υἱὸς ἦν. Μέλανθος δὲ ἕκτος ἀπὸ Νηλέως, οὗ καὶ Νέστωρ. οὗτος ἐκπεσὼν τῆς Μεσσήνης, ἦλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μονομαχήσας πρὸς Ξάνθον τὸν Βοιωτὸν, βασιλεύοντα τῶν Ἀθηναίων, νικήσας ἐβασίλευσε τῶν Ἀθηναίων, καὶ Κόδρῳ τῷ υἱῷ τελευτήσας τὴν βασιλείαν κατέλιπεν. ὁ δὲ Κόδρος οὗτος ἐν τῷ πρὸς Δωριέας πολέμῳ ἑκὼν ὑπὲρ τῆς χώρας ἀποθνήσκει. προείρητο γὰρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῖς Ἀθηναίοις νικήσειν, εἴγε τελευτήσειεν ὑπὸ τῶν Δωριέων ὁ βασιλεὺς αὐτῶν. ἀποθανὼν δὲ, ἐγκατέλιπε παῖδας δύο, Μέντορα καὶ Νηλέα. ὁ μὲν οὖν Μέντωρ ἀντ᾽ αὐτοῦ ἐβασίλευσεν· ὁ δὲ Νηλεὺς, ἡγεμὼν τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν ἀποικίας ἐγένετο.

4. Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα οὐκ ὀνήσιμα.] Μέμνηται τῆς παροιμίας ταύτης Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ. λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης ἐν τῇ Μηδείᾳ,

Κακοῦ ἀνδρὸς δῶρα ὄνησιν οὐκ ἔχει.

5. Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια.] Παροιμία

3. Generosior Codro.] Codrus Melanthi filius fuit, qui Melanthus sextus à Neleo, à quo prognatus & Nestor. Melanthus verò Messene patria pulsus Athenas confugit, singularique certans pugna cum Xantho Bœoto Athenis imperante, victoria potitus, Atheniensium est imperium adeptus, mortuúsq; Codro hoc reliquit. Hic, cùm aduersus Dores bellum esset Atticis, volens se pro patria deuouit. Datum enim oraculum erat, victores fore Athenienses, si illorum Rex cōtra Dores caderet. Occubuit verò relictis filiis duobus, Mentore quem regni successorē reliquit, ac Neleo, cuius ductu in Asiam deducta colonia est.

4. Hostium dona non dona, nec vtilia.] Prouerbij huius sic meminit Sophocles in Aiace lorario. Habet & Euripides in Medea:

Infructuosa dona sunt viri improbi.

5. In vino veritas.] Prouerbium docet,

bus eueniat. Nasoni perfamiliare, quæ hîc colligit Desiderius, & Hadrianus Iunius Centur. 1. Adagio 22. & Ioan. Alexander Brassicanus in Prouerbiorum Συμμίκτοις. Adhibet hoc Prouerbium Plutarchus in septem Sapientum symposio; vbi tamen εἰς ἀπιλίαν legitur, pro εἰς Πυῤῥὰν, nisi fortè, quod Desiderio visum, studio mutauit respectu ad Biantem Prienensem habito.

3. De Codro, eiusque iurgio cum Doribus Maro Ecl. v. & Horat. lib. III. Carminum, Od. XIX. Similis ferè apud Romanos deuotio pro patria P. Decij patris ac filij, à Liuio, ceterisq; commemoratur. Hunc Codrum Velleius Paterculus vltimum Atticorum regem fuisse putat; noster verò Zenob. Mentorem filium excepisse Codri imperium refert.

4. Sophoclis locus est:

Ἀλλ᾽ ἔστ᾽ ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία·
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.
Sed verum id est quod iactitant Prouerbium:
Dona hostium nec-dona, neque vtilia.

Quo loco Græcus enarrator legendus, & Iosephi Scaligeri interpretatio. Sumta autem origo creditur à donis Hectoris & Aiacis, vtrique posteà exitiosis, apud Homerum Ιλ. η΄. Simile de gladio ab Ænea Didoni relicto apud Maronem Æneid. IV. Nam & ipsam in gladium, vt Aiacem, incubuisse fabulantur poëtæ:

——— *ensemq́; recludit*
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.

5. Athenæus libro 11. & in Artaxerxe Plutarch. Prouerbium vinculo quodam efferunt, οἶνος καὶ ἀλήθεια. Decantata porrò hodieque

docet, vinum quid intus lateat ostendere.

6. In omnium animis etiam Dædali execratio.] Minos Neptuno cùm faceret, optauit vt eo ipso die quid è mari rependeret, quod ipsi vicissim quale tandem cumque esset se oblaturum recepit. Taurum itaque pulcrum donante in armenta sua abegit. Indignatus ob id Neptunus, tauri illius amorem Pasiphaæ Minois coniugi iniecit, quæ Dædalo persuasit, vt ligneã vaccam fabricans in ea ipsa collocaretur. Taurus quasi vaccam iniens grauidam reliquit, ex qua natus Minotaurus. Minos autem Atheniensibus iratus ob Androgei cædem, quem adolescentes quidem inuidia adducti, quòd in Panathenaicis quinquertio victor discessisset, necandum curassent, septem virgines totidemque ætate florentes iuuenes Athenis tributi vice exegit ac monstro obiecit. Igitur Dædalo, vt mali huius architecto, quòd & ligneam illam machinam vaccæ fabricasset, per eumdémque monstrum illud natum esset, diras imprecabantur.

παρέσον ὁ οἶνος τοὺς ἐμπιπλαμένους αὐτοῦ, ὁποῖοι εἰσὶ παραδείκνυσι.

6. Ἐν παντὶ θυμῷ καὶ τὸ Δαιδάλου μύσος.] Μίνως θυσίας τῷ Ποσειδῶνι ἐπιτελῶν, ηὔξατο ἰωθυμεῖν ἀναδοθῆναί τι αὐτῷ ἐκ τῆς θαλάσσης, καὶ τοῦτο καταθύσειν πάλιν ὑπέσχετο, ὃ ἂν καὶ εἴη. τοῦ δὲ Ποσειδῶνος ταῦρον ἀναδόντος περικαλλῆ, ἔπεμψε Μίνως εἰς τὰ βουφόρβια. ὀργισθεὶς οὖν Ποσειδῶν, ἐμβάλλει ἔρωτα τοῦ ταύρου Πασιφάῃ, τῇ τοῦ Μίνωος γυναικί. ἡ δὲ πείθει Δαίδαλον, ξυλίνην βοῦν κατασκευάσαντα, εἰς αὐτὴν ἐνθεῖναι, ἣν ἐπιβαίνων ὁ ταῦρος ὡς βοῦν, ἔγκυον ἐποίησεν· ἐξ ἧς ἐγεννήθη ὁ Μινώταυρος. Μίνως δὲ ὀργιζομένου Ἀθηναίοις διὰ τὸν τοῦ Ἀνδρόγεω φόνον, ὃς ὑπὸ τῶν ἐν Ἀθήναις νέων διὰ φθόνον ἀνῃρέθη ἐν τοῖς Παναθηναίοις νικήσας πένταθλον, ἑπτὰ παρθένοι καὶ ἴσοι νέοι ἀκμαῖοι ἐξ Ἀθηνῶν ἐδασμολογοῦντο, κατ' ἐγκέλευσιν αὐτοῦ, καὶ παρεβάλλοντο τῷ θηρίῳ. ὡς οὖν τὸν Δαίδαλον ἀρχηγὸν τούτων τῶν κακῶν γενόμενον, διά τε τὸ κατεσκευακέναι τὴν ξυλίνην βοῦν, καὶ διὰ τὸ αἴτιον τῆς τοῦ θηρίου γενέσεως γεγονέναι, ἐμυσάχθησαν.

7. Ἐκ

dieque res, pueros, ebrios ac stultos verum profari. & in Topicis M. Tullius fidem hinc etiam exsculpi colligit. Pleni sunt Poëtarum libri. Horatius:

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

& ad Lyæum Oda XXI. lib. III. Carm.

Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerumque duro. ———

vbi nuperi multa congerunt interpretes.

6. Erasmus Suidam potiùs & Vaticani cod. scripturam, quàm Zenobium secutus, legit ἐν παντὶ μύθῳ. *In ore omnium.* Nos Zenobij lectionem retinendam duximus. Dictum enim ea forma qua Maro:

——— *Manet alta mente repostum*
Iudicium Paridis. ———

Sic *Dædali execratio* omnium infixa mentibus Prouerbio locum dedit. Mox εἰς τὰ βουφόρμια vitiosè scriptum erat librariorum vitio, pro βουφόρβια. Natum mendum affinitate scripturæ, litteræ secundæ κ, cui si ad sinistram appendatur cauda, μ dixeris. Sic apud Stephanum corruptè ἀμύδονος, pro ἀβύδωνος. & apud Aristot. in Problematis,

ποιητὴς

7. Ἐκ παντὸς ξύλου κίων ἂν γένηται.] Αὕτη τάττεται ἐπὶ τῶν κατὰ μὲν τὸ εἶδος εὐκαταφρονήτων, εἰς δὲ χρείας ἀναγκαίας πιπτόντων. μέμνηται δὲ αὐτῆς Ἐπίχαρμος ἐν Τρῳάσιν.

8. Εὑδόντων ἁλιευτικῶν κύρτος.] Εἴρηται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄνευ πόνου κατεργαζομένων, ἐφ᾽ ἃ ἂν ὁρμήσωσιν. ἐπειδὴ κοιμωμένων τῶν ἁλιέων ὁ ἰχθὺς τῷ κύρτῳ εἰσδύεται.

7. Ex quouis ligno columna fiat.] Adhibetur Adagium de rebus in speciem quidem abiectis, vsu verò necessariis. Meminit eius in Troadibus Epicharmus.

8. Dormientium piscatorũ rete.] In eos fertur Prouerbium qui sine labore, quæ volunt, consequuntur. Dormientibus enim piscatoribus in nassam sæpè pisces incidunt.

9. Zopyri

πεπηγυῖας ἐν κολύμῳ, pro κολύβῳ. intelligit enim secundum Hesiodi de Agricultura librum. Sic & apud Suidam pro ἀμυρτάκην, legitur ἀβυρτάκην.

Porrò fabula hæc commemoratur à Diodoro lib. IV. Bibliothecæ, & diuersè nonnihil refert. Quin & taurum in obscenis hominis partibus numerari Physici norunt cum Poëtis, & Petronius, ac Græci illud: *Taurum tollet, qui vitulum sustulerit.* In extremo Prouerbio ampliùs est in Vatic. Ὡς γεγονέναι ἐμυσάχθησαν, καὶ ταύτην τὴν παροιμίαν ἐξέθεντο.

7. Suspectum de mendo. Suidas enim κοῦφον habet, sed hæsitans interpres Germanus, addito asterisco, *leue*, reddidit, alibi *curuum*, vt κυφὸν pro κίων legerit. Apostolius verò κοῖλον, quod est *concauum*. Mihi κίων non displicet. Affine huic Prouerbium à pluribus decantatum, *non è quouis ligno Mercurium fieri.* quod Pythagoræ tribuit in Apologia Apuleius, & Iamblichus libro I. cap. XXXIV. Seneca Epist. LXXXV. *Non ex ebore tantùm Phidias sciebat facere simulacra; faciebat ex ære. Si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtulisses, fecisset quale ex illa fieri optimum posset.*

8. Deprauatus & hic haud dubiè locus, pro εὑδόντων ἁλιευτικῶν κύρτων, vel ἁλιέων κύρτος. Diogenianus εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ. At in Vatic. Cod. εὕδου legitur, & mox ἃ ἂν τολμήσωσι. Apostolius verò absque verbo εὕδοντι, κύρτος, de iis qui feliciùs quid quàm prudentiùs gerunt. quemadmodum apud Athenæum Eupolis exclamat:

——— ὦ πόλις, πόλις,
Ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.
——— ô vrbs, ô ciuitas,
Vt sis beata, recta si tu censeas?

Mihi sanè ductum videatur à Timothei Cononis filij Apophthegmate, de quo hîc Suidas copiosè, & in Sullæ vita Plutarchus: Ἀλλ᾽ οὐκ ἔπαθε ταὐτὸ Τιμοθέῳ τῷ τοῦ Κόνωνος, ὃς εἰς τὴν τύχην αὐτοῦ τὰ κατορθώματα τῶν ἐχθρῶν τιθεμένων ἐκεῖνον, τὴν δὲ τύχην δικτύῳ τὰς πόλεις περιβάλλουσαν, &c. *Timothei Cononis F. res preclarè gestas cùm Fortunæ æmuli adscriberent, atque in tabulis pingerent dormientem, Fortunam autem reti vrbes implicantem, tulit hoc ille molestè, & iis infestus auctoribus, quasi ab eis rerum gestarum laude spoliaretur, à bello reuersus pro concione dixit: Nullam in his partem, ciues, vindicare sibi Fortuna potest.* Idemque clariùs in Apophthegmatis: Τιμόθεος εὐτυχὴς ἐνομίζετο στρατηγὸς εἶναι. καὶ φθονοῦντες αὐτῷ τινὲς ἐζωγράφουν τὰς πόλεις εἰς κύρτον αὐτομάτως ἐκείνου καθεύδοντος ἐνδυομένας. ἔλεγεν οὖν ὁ Τιμόθεος, Εἰ τηλικαύτας πόλεις λαμβάνω καθεύδων, τί με οἴεσθε ποιήσειν ἐγρηγορότα; *Timotheus existimabatur fortunatus esse Imperator: & idcircò quidam ei inuidentes pingebant vrbes in nassam illi dormienti vltrò ingredientes. Timotheus igitur aiebat, Si tantas vrbes dormiens capio, quid me facturum putetis expergefactum?* Respexisse & huc videatur M. Tullius Verrina vlt. velut ad Parœmiam tunc hodiéque vsitatam: *Non idem mihi licet, quod iis qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur.*

Z.

9. ZOPYRI gesta.] Zopyrus Persa, quò Regi gratificaretur flagris se concidens, & nares aureśq; truncans Babylonem ingressus est, fidemq; inuenit, corpore sic mutilato, vrbemque Regi tradidit. Tralatè itaque dictum. Τάλαντα enim *talentum*, designat hoc verò loco *acta resque gestas*.

10. Zaleuci lex.] De rigidis dictum. Zaleucus enim Locrensibus, qui Epizephyrij dicti, acerbiores leges tulit.

11. Inspexit, etsi serò, pellem Iupiter.] Significat tandem aliquando, etsi lentè ac serò, improbos puniri. Fabulantur enim Iouem in pelle quadam caprina facta mortalium inscribere solitum.

12. Feruet olla, viuit amicitia.] In eos quos cena amicos facit.

13. Quærens obsonium, vestem amisi.] De valdè infelicibus dictum.

Z.

9. ΖΩΠΥΡΟΥ τάλαντα.] Ζώπυρος ὁ Πέρσης βασιλεῖ χαριζόμενος, μαστιγώσας ἑαυτὸν, καὶ τὴν ῥινὸς καὶ τῶν ὤτων ἀφελόμενος, εἰσελθὼν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πιστευθεὶς διὰ τὰ περὶ τὸ σῶμα, προὔδωκε τὴν πόλιν. ἐκ μεταφορᾶς οὖν εἶπε, Τάλαντα δὲ ζυγὰ, οἰκεῖα, ἔργα καὶ πράξεις.

10. Ζαλεύκου νόμος.] Ἐπὶ τῶν ἀποτόμων. Ζάλευκος γὰρ Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις ὠμότερον ἐνομοθέτησεν.

11. Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας.] Ὅτι οὐκ ἀπεριόπτα κἂν βραδέως ἡ δίκη τοὺς πονηροὺς μέτεισι. φασὶ γὰρ τὸν Δία εἰς διφθέρας τινὰς ἀπογράφεσθαι τὰ πραττόμενα τοῖς ἀνθρώποις.

12. Ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία.] Ἐπὶ τῶν διὰ τοῦ δείπνου συνειστιώντων εἰς φιλίαν.

13. Ζητῶν γὰρ ὄψον, θοιμάτιον ἀπώλεσα.] Ἐπὶ τῶν ἀτυχεστάτων.

14. Ζωὴ

9. Τάλαντα malè Erasmum *talenti* vertisse pridem à doctis est obseruatum, & vel ex Zenobio patet, qui in extremo, pro *rebus gestis* explanat. Pro *talento* tamen infrà τάλαντα Ταντάλου dixit. Regem verò βασιλέα, κατ᾽ ἐξοχὴν, pro Persarum rege Magno dici, vel è Xenophonte ac Terentio notum. Porrò nota historia ex Herodoto lib. III. Plutarch. in Apophthegmatis, & Iustino libro XIII. Dicebat enim Darius se vnum Zopyrum integrum malle, quàm centum Babylonas capere: quemadmodum & Agamemnon decem Nestoris similes præ multis millibus optabat. Vatic. verò cod. ita legit: Μαστιγώσας ἑαυτὸν καὶ τὴν ῥῖνα, καὶ τὰ ὦτα ἀφελόμενος. Moxque ampliùs: Προὔδωκε τὴν πόλιν, ὕστερον δὲ Δαρεῖος ἰδὼν αὐτὸν εἶπεν· ἢ θέλειν Ζώπυρον σῶον ἔχειν, ἢ μυρίας Βαβυλῶνας ὑπάρχειν. ἐκ μεταφορᾶς εἶπε τάλαντα ἀντὶ ἔργα καὶ πράξεις.

10. De Zaleuco exemplum refert Valer. Maximus lib. VI. cap. V. Cicero de Legibus II. & lib. VI. Epist. I. ad Atticum. De Græcis verò meminerunt Strabo libro VI. Geogr. Ælianus lib. II. cap. XXXVII. Var. histor. & lib. XIII. cap. XXIV. Athenæus libro XI. & Laërtius in Pythagora, & infrà Zenobius Cent. V. Adag. 4. Tales & à Dracone Atheniensibus latæ leges, quas non atramento, sed sanguine scriptas dicere solebat Demades. auctor in Solone Plutarch.

11. Alibi de diphthera Prouerb. *Antiquiora Iouis diphthera.*

12. Vide Prou. apud Erasmũ, *Ollæ amicitia.*

13. Allusit Aristophanes:

Διὰ ταῦτα δὴ καὶ θοιμάτιον ἀπώλεσας.
Propterea & vestis tibi periit.

14. Καὶ

14. Ζωὴ πίθου.] Ἐπὶ τῶν ἐπιεικῶς καὶ μετρίως ζώντων· ἀπὸ Διογένους τοῦ φιλοσόφου, ᾧ πίθος ἦν ἡδίστη καταγωγὴ καὶ διατριβή.

15. Ζωὸς γενήσῃ κρομμύου μόνον λαβών.] Πρὸς τοὺς ἀπὸ μικρᾶς αἰτίας μεγάλην δόξαν καρπουμένους.

16. Ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.] Ἐπὶ τῶν μὴ κατὰ προαίρεσιν ζώντων. κέχρηται αὐτῇ Πλάτων ἐν Ἱππείᾳ.

H.

17. Ἤτοι τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα.] Τῶν μετὰ Νικίου στρατευσαμένων εἰς Σικελίαν, οἱ μὲν ἀπώλοντο, οἱ δὲ ἐλήφθησαν αἰχμάλωτοι, καὶ τοὺς Σικελιωτῶν παῖδας ἐδίδασκον γράμματα. οἱ οὖν διαφεύγοντες εἰς Ἀθήνας, καὶ ἐρωτώμενοι περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ, ἔλεγον, Ἢ τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα. καὶ οὕτως ὁ λόγος παροιμιώδης ἐγένετο. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἀμφιβόλως λαλούντων.

18. Ἢ κρίνον ἢ κολοκύντην.] Τὸ τῆς κολοκύντης ἄνθος καλεῖται Κρίνον· ἄδηλον δὲ, εἰ οἴσει καρπόν.

14. Vita dolearis.] In parcè ac sordidè viuentes iactatum, sumtumque à Diogene Cynico Philosopho, cui dolium iucundissimum domicilium atque exercitatio fuit.

15. Vitam recipies, cepam solùm capiens.] In eos qui parua ex re magnam acquirunt opinionem.

16. Non vti libet, sed vti licet sic viuimus.] De iis qui non suo viuunt arbitratu. Vsurpatur à Platone in Hippia maiore.

H.

17. AVT periit, aut litteras docet.] Suscepta duce Nicia ab Atheniensibus in Siciliam expeditione, alij pugnando ceciderunt, alij captiui in hostium potestatem venerunt, ac Siculorum liberos litteras docuerunt. Ex his qui fuga delapsi Athenas reuertissent, de sociis in Sicilia captis interrogati, responderunt: *Aut periit, aut litteras docet.* Sic res in Prouerbium cessit, vsurpaturque in ambiguè loquentes.

18. Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitã.] Cucurbitæ florẽ κρίνον Greci vocant: incertum verò an fructũ dabit. Proinde

14. Καὶ διατριβή.] Versabat enim dolium, interdum & in sole apricabatur; vt, quod Lucianus refert lib. de Historia, aduentante Corinthum Philippo, trepidis omnibus varieque occupatis, Diogenes suum etiam dolium vltrò citroque versabat per Craneum, id est scholam seu gymnasium, in quo degebat ante Corinthum, vt libro VI. Laërtius refert, Ἐτύγχανε μὲν ἐν διάγων ἐν τῷ Κρανείῳ περὶ τὸ Κορίνθου γυμνάσιον.

16. Platonis verba sunt: Τοιαῦτα, ὦ Ἱππία, τὰ ἡμέτερά ἐστιν, οὐχ οἷα βούλεταί τις, φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι, ἀλλ' οἷα δύναται. *Talesn', ô Hippia, sunt res nostræ, non quas volumus (quod vetere vsurpant verbo) sed quas possumus.* Vtitur & Terentius in Andria: *Vt quimus, aiunt, quando vt volumus non licet.*

18. Diphili dicto affine illud apud Nonium Marcellum poëtæ veteris:

Septem dies sunt vitæ, octauum Orco spondeo.

19. Ter-

Proinde per cucurbitæ florem veteres mortem significabant; vitale contrà per cucurbitam. Meminit huius Prouerbij sic Diphilus in Diebus: *Ipse tibi senex intra septem dies exhibere volo cucurbitam, aut florem.*

ἔπαττον οὖν τὸ μὲν Κεῖνοι οἱ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ τεθνηκότος, τὴν δὲ Κολοκύντην ἐπὶ τοῦ ὑγιοῦς. μέμνηται ταύτης Δίφιλος λέγων ἐν Ἡμέραισιν, Αὐτός ἑπτὰ σοι γέρων θέλω παρασχεῖν κολοκύντην ἢ κρίνον.

19. Testudinis carnes edere aut non edere oportet.] Testudinis caro modicè sumpta, tormina gignit; sin copiosè, leuat aluum. Hinc natum adagium. Alij de iis accipiunt, qui cùm imperare aliis animum induxerint, in negotio statim anguntur: & ad Terpsionem referunt auctorem.

19. Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.] Τῆς χελώνης ὀλίγα κρέα βρωθέντα στρόφους ποιεῖ, πολλὰ δὲ καθαίρει. ὅθεν ἡ παροιμία. ἕτεροι δὲ ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ὁρμᾶν ἐπί τι πρᾶγμα, στραγγευομένων δέ. φασὶ δὲ αὐτὴν Τερψίωνος εἶναι.

20. Amea Azesiam accessit.] Cererem à Troezeniis Ameam vocari, eiusque filiam Proserpinam Azesiam refert Didymus. A qua Raptus historia tractum Prouerbium. Vsurpatur autem in longo tempore inuestigantes. Raptâ enim à Plutone Proserpinâ, Ceres inuestigando totum lustrauit orbem.

20. Ἡ Ἀμέα τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν.] Ἱστορεῖ Δίδυμος, ὅτι Ἀμέα μὲν ἡ Δημήτηρ παρὰ Τροιζηνίοις προσαγορεύεται· Ἀζησία δὲ ἡ Κόρη. ἀπὸ γοῦν τῆς ἱστορίας ἡ παροιμία προῆλθεν. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν πολυχρονίῳ ζητήσει χρωμένων. Πλούτωνος γὰρ Περσεφόνην ἁρπάσαντος, ἡ Δημήτηρ ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν περιῄει, ταύτην ζητοῦσα.

21. Stupidior Praxillæ Adonide.] Praxilla Sicyonia poëtria fuit, vt ait

21. Ἠλιθιώτερος τοῦ Πραξίλλης Ἀδώνιδος.] Πράξιλλα Σικυωνία μελοποιὸς ἐγένετο,

19. Terpsionem quoque Adagij auctorem laudat Dipnosophista apud Athenęum libro VIII. vbi doctissimus Casaubonus animaduertit rescribendum hîc στραγγευομένων, pro στρατευομένων. nam è duplici γ, τ à librariis factum. Suidæ itaque interpres frustrà est, Ἐπὶ τῶν ἀποδόντων μὲν τὸ πρᾶγμα στρατευόντων δέ, (quo modo & Apostolius habet) vertens, *alij accommodant ad eos, qui cùm detrectent militiam, tamen militent.* Huc pertinet oraculum Crœso datum, apud Herodotum lib. I. Musarum cap. XLVII. & Suidam.

Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης,
Ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν.
Venit ad hos sensus nidor testudinis acris,
Quæ simul agnina coquitur cum carne lebete.

20. Notissima Raptus huius fabula vel è Claudiani poëmate, & de Cerere filiam quærente suprà Centur. I. Adag. 7. Ἀγέλαστος πέτρα.

21. Apostolius itaque malè τοῦ Πραξιτέλους; qui sculptor fuit. Vide & in Ang. Politiani Nutricia Alex. Brassicanum. Variat autem in huius explanatione Vatican. Ἡ Πράξιλλα Σικυωνία μελοποιὸς, ὑπὸ τῶν κάτω ἐρωτωμένη τί κάλλιστον καταλιποῦσα ἄνω ἥκει, ἀπεκρίθη, ἥλιον, σελήνην, σικύους, καὶ μῆλα. ἠλιθία γὰρ ἐκρίθη τὸ τῷ ἡλίῳ τοὺς σικύους συναριθμεῖν, ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας, ἢ μελαγχολᾶν. Suidas infrà Cent. VII. tantùm, ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων.

ἐγένετο, ὥς φησι Πολέμων, αὕτη ἡ Πραξίλλα τὸν Ἄδωνιν ἐν τοῖς μέλεσιν εἰσάγει ἐρωτώμενον ὑπὸ τῶν κάτω, τί κάλλιστον καταλιπὼν ἥκει, ἀποκρίνασθαι, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ σικύους, καὶ μῆλα. ὅθεν εἰς παροιμίαν περιήχθη ὁ λόγος. ἠλίθιον γὰρ τὸ τῷ ἡλίῳ παραβάλλειν τοὺς σικύους.

22. Ἡρακλεία λίθος.] Ταύτην ἔνιοι μαγνῆτιν λέγουσι τὴν ἐπισπωμένην τὸν σίδηρον. ἡ δὲ ἑτέρα, παραπλήσιος ἀργύρῳ. κέκληται δὲ οὕτως ἀπὸ Ἡρακλείας, τῆς ἐν Λυδίᾳ πόλεως.

23. Ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι.] Ἡ παροιμία παρὰ Φερεκράτει ἐν τοῖς Μυρμηκανθρώποις. κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἀποκινδυνευόντων. τὸ μὲν γὰρ τρὶς ἕξ, τὴν παντελῆ νίκην δηλοῖ· τὸ δὲ τρεῖς κύβοι, τὴν ἧτταν. πάλαι γὰρ τρισὶν ἐχρῶντο πρὸς τὰς παιδιὰς κύβοις, καὶ οὐχ, ὡς οἱ νῦν, δύο. ἔστι δὲ ὁμωνυμία. Κύβον γὰρ ἔλεγον ἰδίως αὐτὸν τὸν ῥιπτούμενον, ὅτε πλήρης ἐστὶ καὶ μή. τοὺς δὲ κύβους τοὺς [illegible] οἱ Ἴωνες καλοῦσιν Οἴνας, καὶ τὴν παροιμίαν οὕτως ἐκφέρουσιν, Ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς οἶ.

Polemon, quæ Adonidem in carminibus inducit ab inferis interrogatum, quid pulcerrimum apud ſuperos reliquiſſet, reſpondiſſe, *Solem, lunam, cucumerem, & mala.* Quod in Prouerbium abiit. Stultum enim cucumerem Soli componere.

22. Heraclius lapis.] Hunc magnetem quidam faciunt, ferrum ad ſe trahentem. Hic verò alter argento ſimilis ſic dictus ab Heraclea Lydiæ ciuitate.

23. Aut ter ſex, aut tres tali.] Prouerbiũ apud Pherecratem in Myrmecanthropis. Dictum de periclitantibus. Ter enim ſex victoriam ſummam deſignat; tres verò teſſeræ, inferiorem eſſe ac vinci. Ternis enim antiquitus talis ludebant; non, vt hodie binis. Latet autem ambiguitas. Nam κύβον dicebant iactum, quo plus minúſve exit. κύβους autem Iones vocant Οἴνους, & Prouerbium ſic efferunt: *Vel ter ſex, vel tres.*

24. Pha-

22. Ἡ δὲ ἑτέρα.] Vatican. Οἱ δὲ ἑτέραν ὁμοίαν ἀργύρῳ.

Ἐν Λυδίᾳ.] Hinc & *Lydius* dictus *lapis* aurum explorans. Fallunt verò ac falluntur, qui Herculeum aut Herculanum nominarunt; in quo & Politianum reprehenſum memini à Bapt. Pio. De magnetis autem miraculis ij tractant, qui occulta naturæ arcana cauſaſque rimantur Io. Fernelius de Sympathia, & Læuinus Lemnius, Medicus Belga, lib. III. Occultor. Naturæ c. IV. & lib. IV. cap. X. Hic autem lapis Clementi quoque Alexandrino λίθος Ἡρακλεία eſt, & Ἡράκλειος, & Herodiano.

23. Τρὶς ἕξ.] Corruptè hîc τρεῖς ſemel iterumque excuſum pro τρίς. Ter autem ſex octodecim, quo in calculo aberrauit Deſiderius Chiliaſtes, qui nouem ſupputat, vt ter tria concepiſſe animo videatur. Sed demus aliorum erratis veniam, vt noſtris citiùs impetremus. Cubi autem vniones ὄινους vocari ab Ionibus (vitiosè enim hîc οἴνους, vt & in Polluce non ſemel, quaſi *vinum* editum erat) teſtis eſt idem Iulius in Onomaſtico, & ex eo Iunius Hadrianus libro II. Animaduerſor. cap. IV. & Adagiorũ Centuria V. num. 62. Rectiùs verò Vatic. cod. οἴνας, & mox, ἐκφέρουσιν ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς οἴνας. eamq; lectionem confirmat his verbis Suidas: Οἴνας καλοῦσιν Ἴωνες τοὺς κύβους. καὶ παροιμία, Ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς οἴνας. Meminit quoque Adagij Euſtathius in Ἰλ. π.

 24. Sui-

24. Phanij ostium.] Phanius, vt ferunt, fœnerator fuit; vel, vt aliis placet, cæcus. Aperiente verò famulo ipsius penuarium, atque ostium, tametsi validè clausum putaret, reserante; dici hinc cœptum est Adagium in eos, qui in custodiendo nihil proficerent.

25. Aphya ignem.] De re citò absoluta iactatum. Aphya enim piscis genus vsque eò molle, vix vt conspecto igne coquatur.

26. Herculanus morbus.] Dicæarchus ait morbum sacrum, seu comitialem *Herculeum* appellari. In hunc enim multis exercitum laboribus incidisse Herculem.

24. Ἡ Φανίου θύρα.] Ὁ Φάνιος, ὥς φασιν, ἐγένετο ὁ βολοστάτης, ἄλλοι δὲ τυφλός. ὑπανοίγοντος δὲ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τὰ ταμεῖα καὶ τὴν θύραν, ἣν ἐκεῖνος ἰσχυρὰν ἐνόμιζεν εἶναι, τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι ἐπὶ τῶν μηδὲν ἀνυόντων ἐν τῷ φυλάττειν.

25. Ἡ ἀφύα πῦρ.] Ἐπὶ τῶν ὀξὺ λαμβανόντων τέλος ἡ παροιμία εἴρηται. παρόσον ἡ ἀφύη· ἔστι δὲ ἰχθύς· ἰδοῦσα τὸ πῦρ μόνον ἕψεται, οὕτως οὖσα τρυφερά.

26. Ἡράκλειος νόσος.] Δικαίαρχος φησὶ τὴν ἱερὰν νόσον, Ἡράκλειον ὀνομάζεσθαι. εἰς ταύτην γὰρ ἐκ τῶν μακρῶν πόνων περιπεσεῖν φασὶ τὸν Ἡρακλέα.

Θ.

27. THAMYRIS insanit.] Iactatum in eos Prouerbium, qui à ratione aliena committunt. Thamyris

Θ.

27. ΘΑΜΥΡΙΣ μαίνεται.] Ἐπὶ τῶν κατὰ σύνεσιν παράλογα δοκούντων πράττειν εἴρηται ἡ παροιμία. ὁ Θάμυρις

---

24. Suidas, apud quem φάνε editur, alteram addit originem de mœcha vxore, quæ per tegulam adulteros admitteret, frustrà confiso Phanio ianuæ obseratæ. Eustathius in Odyss. ω'. deriuat à Phania quodam, qui multam sibi opum vim reconditam domi finxerit, qualis ab Horatio amens Argiuus quidam lib. II. Epistola II. versu 128. sic inducitur:

——— Pol, me occidistis, amici,
Non seruastis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratissimus error.

Talis quoque Thrasylaus Axonensis, Pythodori F. apud Athenæum lib. XII. extremo, ex Heraclide Pontico, & in Chiliaste Batauo, *In nihil sapiendo iucundissima vita*, ex Sophoclis Aiace μαστιγοφόρῳ. Idem Aristoteles, sed Abydi contigisse commemorat.

25. Vide suprà Cent. 2. Adag. 32.

26. De hoc morbo Aristoteles Probl. I. Sectione 30. Alexandro quoque Tralliano παιδικὴ καὶ ἡρακλεία νόσος dicitur, sed ἡρακλεία διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ δυσμετάθετον τῆς νόσου. Fortè quòd validus sit ac vehemens, vt Hercules alter, vt à medicorum filiis expugnari vix possit. Apuleius in Apologia *Sacrum morbum* illum appellatum putat, quòd animi partem rationalem, quæ longè sanctissima est, violet. Tu vide & Moscopulum in dict. Ἐπίληψις; & Hieronymum Mercurialem.

27. De hoc Thamyris cum Musis certamine in Bœotia Homerus Iliad. β'. pluribus fabulam exponit, ver. 594.

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθά τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος·
Στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν εἴπερ ἂν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο·

μυρις πολλοὺς ἐπὶ κάλλει διενεγκὼν, ἤρξατο πρῶτον ἐρᾷν ἀρρένων. ἀσκήσας δὲ κιθαρῳδίαν, ταῖς Μούσαις ἤρισε, συνθέμενος πρότερον, εἰ μὲν κρείττων εὑρεθῇ, πλησιάσαι πάσαις· εἰ δ' ἡττηθῇ, στερηθήσεσθαι ὧν ἂν ἐκεῖναι θέλωσιν. ὑπέρτεραι δὲ αἱ Μοῦσαι γενόμεναι, καὶ τῶν ὀμμάτων αὐτὸν καὶ τῆς κιθαρῳδίας ἐστέρησαν.

28. Θᾶττον ἢ Βούτης.] Τῶν ἐπὶ τῇ στοᾷ μαχομένων τις ἦν ᾧ ἐπεγέγραπτο Βούτης, οὗ ἐφαίνετο τὸ κράνος καὶ ὁ ὀφθαλμός· τὰ δὲ λοιπὰ μέρη ἐδόκει ὑπὸ τοῦ ὄρους, ἐφ' οὗ ἐβεβήκει, κρύπτεσθαι, διὰ τὸ προσηκειῶσθαι αὐτοῦ. τάσσεται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως συντελουμένων. καὶ γὰρ ὁ Βούτης ῥᾳδίως κατεσκεύαστο, ἅτε οὐχ ὁλοκλήρου τοῦ σώματος γεγραμμένου.

29. Θετταλῶν σόφισμα.] Παροιμία ἐπὶ τῶν σοφιζομένων λεγομένη. διὰ τὸ τοῖς Θετταλοῖς λόγιον ἐκπεσεῖν, φυλάτ-

pulcritudine multos attrahēs cœpit primùm mares adamare. Cithara verò ac fidibus exercitus cum Musis certauit, hac posita cōditione, vt, si superior euaderet, singulis assuesceret; sin victus discederet, qua vellent illæ, parte priuaretur. Vincentes autem Musæ & oculis ipsum orbarunt, & citharam pulsandi arte multando priuarunt.

28. Citiùs quàm Butes.] Inter picturas pugnarum Stoę porticus Athenis Butes depictus erat; cuius dumtaxat caput & oculi spectarentur; reliquæ verò corporis partes monte vnde eminebat, tegebantur. Et quia Butes quasi non integro corpore depictus erat, natum hinc Adagium est, de rebus celeriter absolutis.

29. Thessalorum commentum.] Vsurpatur Adagium de callidè inuentis, propter oraculum Thessalo datum, caueret:

Αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
Θεσπεσίην ἀφέλοντο καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.

Quo in versu Θεσπεσίω malim legi. Latinè verò si quis requirat, non apponam: ne perpetuò ignauos foueam transferendo. Ad hunc autem poëtę locum Eustathius è Lexico Pausaniæ, diuersam à Zenobio & Homero fabulam commemorat, de Amyri in Peloponnesum migrante, & pro insano à Sybaritis habito; cùm tamen oraculo didicisset fore, vt Sybaritarum vrbs funditus tum demum periret, cùm homines prę diis honorarent, vt ibidem acciderat, ad Deorum asylum fugiente seruo, indeque abstracto, ad Herois verò se recipiente, immuni seruato. Suidas etiam & Diogenianus, atque Apostolius vnam eamdemque de seruo historiam parum, ni fallor, sibi constātes, & Amyri & Thamyri attribuunt. Placet autem vt nominibus, ita re gesta distinguendos videri, licet Erasmus *Thamyrin* non attigerit, & corrigendum Ioannes Hartungus accuratæ vir diligentiæ Decuria 1. cap. 11. censuerit. De *Thamyri* verò videndus Hesychius ac Phauorinus.

29. Vaticani codicis scripturam repræsentabo. Θετταλικὸν enim præfert, & explanat: Λόγιον ἐξέπεσε τοῖς Θετταλοῖς φυλάττεσθαι, &c. νοήσας δὲ τὸ λόγιον, καὶ πρὸς ὑπερβολὴν τραπόμενος, ἐφ' ᾧ ὤμοσεν ὑπέθετο. ἐπιχωριῶσι πείνῃ Θετταλοὶ τὴν θυσίαν δι' ἔτους. Suidas quoque variè adhiberi solitum ait, de habitu, de impostura, quique ordinibus non rectè pugnant, sed subdolè agunt. Thessalum autem facit Aratum, & Thessalos latrociniis & perfidia nobiles: de quorum fraudibus & in Phœnissis Euripides, & ibi Græcus enarrator:

Καὶ πῶς νοήσας Ἐτεοκλῆς τὸ Θεσσαλῶν
Εἰσήγαγε τὸ σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονός.

Aristophanis Scholiastes ab Iasone Prouerbium

ueret ne vinceretur ab iis, qui maiore splendidioreq; voto oraculum aduersus ipsum consulerent. Ratus igitur oraculi mentem se assecutum, & modum excedens, centum virorum capita Apollini Καταιβατίῳ sacrificaturum se vouet. Reuersus itaque & voti compos redditus, sacrificium votumque, vt non satis dignum Apolline, minusq; pium arbitratus, soluere cunctatus est. Hinc ad hanc vsque diem Thessali sacrificium Apollini quotannis pollicentur.

πρὸς μὴ ἕλωσιν αὐτὸν οἱ ἐξεναντίας δὲ χῆ μείζονι καὶ λαμπροτέρᾳ κατ᾽ αὐτοῦ χρησάμενοι. νοήσας οὖν τὸ λόγιον, καὶ πρὸς ὑπερβολὴν ἐπαιρόμενος, ἑκατὸμ βὴν ἀνδρῶν ηὔξατο θυσίαν Ἀπόλλωνι Καταιβατίῳ. κατελθὼν δὲ ἐκεῖ, καὶ διαπραξάμενος ἐφ᾽ ἃ ὥρμησε, τὸ περὶ τὴν θυσίαν καὶ τὴν εὐχὴν οὔτε ἱεροπρεπὲς εἶναι νομίσας, οὔτε ἄλλως εὐσεβὲς ὑπερέθετο. καὶ μέχρι νῦν Θετταλοὶ τὴν θυσίαν Ἀπόλλωνι ὑπισχνοῦνται δι᾽ ἔτους.

30. Deorum forum.] Prouerbiũ de iis qui dicere quid audent in eos qui tantum ipsis præstent, quantũ Dij mortalibus antecellunt. Locus Athenis à re, quæ exercetur, sic nominatus.

30. Θεῶν ἀγορά.] Παροιμία ἐπὶ τῶν πολμώντων τι λέγειν ἐπὶ τοὺς τοσοῦτον ὑπερέχοντας, ὅσον οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρώπων. καὶ τόπος Ἀθήνησιν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος προσαγορευθείς.

31. Incessu titubas.] De non firmo gradu ac solido ambulante, sed inconstanter ac turbidè incedente.

31. Θολερῶς περιβαίνεις.] Μὴ καθεστηκυῖαν καὶ ἀσφαλῆ πορείαν ἔχων ἀλλ᾽ ἀστάτως, καὶ τεταραγμένως περιιών.

32. Thraces iusiurandũ ignorãt.] Huius meminit Menander prima Comœdia. Refert enim ibi natu maximũ iaculo per pectus adacto periisse; indeq; Ionibus atq; Æolibus ænigma factum, Thraces insiurãdi & fœderis ignari sunt.

32. Θρᾶκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται.] Ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ. λέγει γὰρ, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γῇ ὁ πρεσβύτατος ἀκοντισθεὶς διὰ τοῦ στήθους ἀπώλετο. καὶ ἐντεῦθεν Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσιν αἴνιγμα γέγονε, Θρᾶκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται.

33. Θυεα-

---

bium deriuat, quòd Medeæ datam fidem non seruarit, exstatque Adagium in Chrestomathia libri 1. Athenæi. Affine huic videatur Prouerb. *Thessalorum necessitas.* quod Prouerbij specie in Chrysantho Eunapius Sardianus extulit.

Porrò Apollinis hoc cognomen tribuit & Ioui Phurnutus, & Pausanias in Eliacis, aramque illi esse in Olympia, vbi & Themidis fuit oraculum. Dictus etiam ἐπιβατήριος Phœbus & ἐμβάσιος, quasi *descensor*, Apollonij interpreti. Hoc item loco καταιβάτης, quasi *prodigialem* dicas, vti Iouem Plautus nominat in Amphitruone.

31. Suidas hinc transscripsit, sed, verum vt fatear, phrasis potiùs quàm Prouerbij ratione.

32. De Thracum perfidia, & totidẽ pænè verbis quot Zenobius, Strabo, nisi quòd πρεσβύτης, id est, *legatus* ibi legitur. Respexit & Maro III. Æneidos initio, de Polymnestore Thrace hospitij ius, iugulato Polydoro, violante, *fas omne abrumpit*, inquit. vbi & interpretes Lambertus Hortensius, & Germanus Pimpontius, homines eruditissimi.

Menan-

33. Θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια.] Οἱ μὲν διὰ πλῆθος οἰκετῶν Καρικῶν εἰρῆσθαί φασιν, ὡς ἐν τοῖς Ἀνθεστηρίοις εὐωχουμένοις αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐργαζομένοις. τῆς οὖν ἑορτῆς τελεσθείσης, λέγειν ἐπὶ τὰ ἔργα ἐκπέμποντας αὐτούς, Θύραζε Κᾶρες, οὐκέτ' Ἀνθεστήρια. τινὲς δὲ οὕτω τὴν παροιμίαν φασίν, ὅτι οἱ Κᾶρες ποτὲ μέρος τῆς Ἀττικῆς κατεῖχον· καὶ ὁπότε τὴν ἑορτὴν τῶν Ἀνθεστηρίων ἦγον οἱ Ἀθηναῖοι, σπονδῶν αὐτοῖς μετεδίδοσαν, καὶ ἐδέχοντο τῷ ἄστει καὶ ταῖς οἰκίαις. μετὰ δὲ τὴν ἑορτήν, τινῶν ὑπολελειμμένων ἐν ταῖς Ἀθήναις, οἱ ἀπαντῶντες πρὸς τοὺς Κᾶρας παίζοντες ἔλεγον, Θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια. εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ ἐπιζητούντων πάντοτε λαμβάνειν.

34. Θάσος ἀγαθῶν.] Ἐπὶ τῶν εὐδαίμονα καὶ λαμπρόν ἀποδεῖξαί τινα ἐπαγγελλομένων ἡ παροιμία ἐστί. Καλλίστρατος γὰρ ὁ ῥήτωρ ἐκπεσὼν Ἀθήνηθεν

33. Foras Cares, non ampliùs Anthesteria.] Quidam dictum ferunt ob mancipiorũ è Caria multitudinem, in Anthesteriis (quasi dicas Floralibus) genio indulgentium, & ab opere cessantium. Igitur transacto festo die ad opus remissis, dicebant domini: *Foras Cares, non ampliùs Anthesteria.* Alij verò Prouerbium sic explanant: Cares aliquando Atticę partem tenuisse, cumq; Athenienses Anthesteria celebrarent, mutuáque inter se pacta conuenta haberent, & in vrbem domosque acciperent, cessantibus quibusdã, festis peractis Athenis, ciues occurrentes Caribus per iocũ dicebant: *Exite Cares; acta enim Anthesteria.* Vsurpatur Prouerbium in eos qui eadem vndiq; sibi quærunt cõmoda.

34. Thasus bonorum.] In eum qui beatum & splendidum aliquem efficere possit, iactatum Prouerbium. Callistratus enim Orator Athenis discedens ciuibus

---

Menandri autem Comœdia aduocatur concisè ἐν τῇ πρώτῃ, quę est Ἐπίκληρος πρώτη, ab Athenæo citata initio libri IX. Δειπνοσ. Vertendum itaque hîc, *in Hærede prima*, non *in Comœdia prima*. Nec me fugit numerum addi interdum, vt ibidé Aristophanis Πλοῦτος δεύτερος à Dipnosophista laudatur.

33. Suidas alium addit vt sensum, ita & lectionem: Θύραζε κῆρες, οὐκ ἔνι Ἀνθεστήρια. *Foras lemures; non insunt Anthesteria.* quasi animæ Anthesteriis per vrbem vagarentur. Athenienses quoque mensem sextum *Anthesterion* nominarunt; quem Gaza Nouembri respondere putat, παρὰ τὸ ἄνθος στερῶ, quòd floribus prata priuentur. Alij tamen Dionysij esse festa aiunt. Philostratus nominis causam refert ad ritum coronandi pueros triennes sertis floreis. De scriptura variante iterum. Membranæ Vaticanæ ampliùs: Τινὲς δὲ οὕτως φασί, Θύραζε Κῆρες, οὐκ ἔνι Ἀνθεστήρια. variatq; in sequentibus breuiùs quàm vulgatus ad hanc diem Zenobius Prouerbium sic explanans. Οἱ μὲν διὰ πλῆθος οἰκετῶν Καρικῶν. φασὶ γὰρ ὡς ἐν τοῖς Ἀνθεστηρίοις εὐωχουμένων αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐργαζομένων. ἐπεὶ τὰ τῆς ἑορτῆς τέλος ἐλάμβανεν, ἐπὶ τὰ ἔργα τούτους ἐξέπεμπον λέγοντες, Οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια. οἱ δὲ φασί· Κᾶρες ποτὲ μέρη τῆς Ἀττικῆς γῆς κατεῖχον, καὶ ὁπότε τὴν ἑορτὴν τῶν Ἀνθεστηρίων ἦγον οἱ Ἀθηναῖοι, σπονδῶν αὐτοῖς μεταδιδόντων. ἐν ἄστει δὲ τὰς οἰκίας ἀπαντῶντες πρὸς τοὺς Κᾶρας, τὸ εἰρημένον παίζοντες ἔλεγον.

34. Θάσος duplicis litteræ sibilo scribit Stephanus Byzantius Thraciæ insulã. Sup. verò Cent. III. Adag. XI. vitiosè, opinor, cum Suida Δάπς effertur, vt ibi monere memini. Callistrati autem huius & suprà Zenobius meminit. Affinia his plurima, Ἀγαθῶν ἀγαθίδες, Ἀγαθῶν μυρμηκία, &c.

ciuibus persuasit, vt regionem ex aduerso sitam incolerent, prædicans & auri venas, & amplam optimamque glebam habere, atque adeò *Thasum bonorum* locũ appellabat: vnde fluxit Prouerbiũ.

35. Citiùs vsura quàm Heraclitus Perineus currit.] Heraclitus cursor fuit, qui homines sua celeritate in stuporem rapuit. Iactatur in eos Prouerbium, qui fenori pecuniam sumũt, currẽte assiduò vsura velociùs, quàm Heraclitus ille cursor. Dictum autẽ Dorica dialecto, Ἡρακλείτω Περινέω, pro Περινέου.

36. Dea Impudentia.] Vsurpatur Adagium in eos, qui ex inuerecundia emolumentum capiunt. Refert Theophrastus, lib. de Legib. *Cõtumeliæ & Impudentiæ* aras ab Atheniẽsibus positas.

37. Thracium commẽtum.] Fe-

19. Calidam veruti partem.] In eos qui deteriora pro melioribus arripiunt. Ductum ab iis qui per imprudentiam feruentem veru partem apprehendunt. Meminit huius Sophocles.

τοὺς ἀναιρεθέντας οὐδὲ μιᾶς τιμῆς μετεῖχον. καὶ Ἀριστοτέλης δέ φησι περὶ Θηβαίων τὸ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι τοὺς αὐτόχειρας ἑαυτῶν γινομένους οὐκ ἐτίμων. τὸ οὖν, Ἵνα ἥρως γένῃ, κατ᾽ εὐφημισμὸν εἴρηται.

18. Τιθωνοῦ γῆρας.] Ἐπὶ τῶν πολυχρονίων καὶ ὑπεργήρων τάττεται. ἱστορεῖται δὲ, ὅτι Τιθωνὸς κατ᾽ εὐχὴν τὸ γῆρας ἀποθέμενος, τέττιξ ἐγένετο, ὥς φησι Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ βίων.

19. Τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ.] Ἐπὶ τῶν ἀναιρουμένων τὰ χείρονα ἀντὶ τῶν κρειττόνων, εἴρηται ἡ παροιμία. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ἀπείρως δρασσομένων, καὶ τὸ πεπυρωμένον τῶν ὀβελίσκων. μέμνηται ταύτης Σοφοκλῆς.

Y.

20. SVB omni lapide.] Prouerbium integrè sic effertur: *Sub omni lapide dormit scorpius.*

21. Hylam inclamare.] Prouerbium in frustrà inclamantes iactatum.

Y.

20. ΥΠΟ παντὶ λίθῳ.] Παροιμία, Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος καθεύδει.

21. Ὕλαν κραυγάζειν.] Ἐπὶ τῶν μάτην βοώντων ἡ παροιμία εἴρηται. ἐπειδὴ

---

18. Suidas hoc loco & in καταγηράσαις Τιθωνοῦ βαθύτερον fabulę etiã meminit, quam copiosè poëtæ, Homerus, Naso, & Lycophronis interpres ac Diodorus narrant. Horat. lib. II. Oda xv.

Longa Tithonum minuit senectus.

Vtitur Adagio Lucianus: Καὶ ὑπὲρ Τιθωνὸν ἔζη ὁ γέρων.

20. Vsum Adagij, quia præterit Zenobius, hunc tribuit Hen. Stephanus, sequiùs quàm Erasmus, vt hoc significet, inter omnes homines, insidiosos & fallaces quosdã reperiri. Nicandri interpres, & Suidas è Sophoclis Captiuis hęc adfert: Ἐν παντὶ γάρ τοι σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ. Aristoph. in Thesmoph.

Τὴν παροιμίαν δ᾽ ἐπαινῶ
Τὴν παλαιάν. ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντί που
Χρὴ μὴ δάκῃ ῥήτωρ ἀθρεῖν.

Legiturque integrè in Scholiaste, & Athenæi illo fragmento, quod doctissimus Canterus in Nouis euulgauit lectionibus. Vaticanus autem lib. ita explanat: Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος. ἐλλείπει τὸ ὑπέστιν. Ἐπὶ τῶν κακοήθων καὶ ἐριστικῶν. παραινεῖ δὲ μὴ προπετῶς λαλεῖν τοῦ μὴ δηχθῆναι.

21. De Hyla trita iam fabula vel ex Theocriti Idyllio XIII. quod *Hylas* inscribitur. Sic enim ibi: Τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν ὅσον βαθὺς ἤρυγε λαιμός, &c. Quem ita Maro, vt aliàs semper, expressit Ecl. VII.

His adiungat Hylam, nautæ quo fonte relictũ
Clamassent, vt littus Hyla, Hyla omne sonaret.

vbi Seruius legendus, & Apollonius, eiusque

ἐπειδὴ τὸν Ὕλαν ἀφανῆ γενόμενον ὁ Ἡρακλῆς ἀποβὰς τῆς Ἀργοῦς, καὶ μετὰ κραυγῆς πολλὰ ζητήσας, οὐχ εὗρεν. ἱστορεῖται δὲ περὶ τὸν Ὕλα, ὅτι ἡρπάγη παρὰ τῶν Νηρηΐδων διὰ κάλλος. φασὶ γάρ τινες, καὶ τὸν Ἡρακλέα σύμπλουν γενέσθαι τῷ Ἰάσονι μετὰ καὶ τοῦ Ὕλα. διὰ δὲ τὴν τούτου ἀπώλειαν λυπηθέντα τὸν Ἡρακλέα, εἰς Μυσίαν ἀπολειφθῆναι. ἐκεῖσε γὰρ οἱ Ἀργοναῦται προσχόντες τὸν Ὕλαν Ἡρακλέους ἐρώμενον, πρὸς θήραν πέμπουσιν. ὁ δὲ διὰ κάλλος ὑπὸ Νηρηΐδων ἁρπαγεὶς, ἀνεβόησε. καὶ Πολύφημος ἀκούσας αὐτοῦ βοήσαντος, σπασάμενος τὸ ξίφος ἐδίωκεν, ὑπὸ λῃστῶν ἄγεσθαι νομίζων, καὶ δηλοῖ περὶ τούτου Ἡρακλεῖ ζητήσαντι δὲ πολλὰ τὸν Ὕλαν Ἡρακλέους, καὶ μὴ ὑποστρέψαντος διὰ λύπην, ἐπεὶ τὸν ζητούμενον οὐχ εὗρεν, ἡ ναῦς ἀνήχθη. καὶ Ἡρακλῆς πρὸς Ἄργος ὑπέστρεψεν.

22. Ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκης.] Τοῦτο Δημητρίου τοῦ Ἁλικαρνασέως φασὶν εἶναι λέγοντος,

Οἶνος τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ·
Ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκης.

Hercules enim, Hyla desiderato, ex Argo naui exscendens, ingenti illum frustrà clamore quæsiuit: fabulantúrque dum venatum iret à Nereïdibus ob pulcritudinem raptum. Ferunt etiam Herculem vnà cum Hyla Iasonis socium Argo conscendisse; quodque illius interitum ferret molestiùs, in Mysia relictum. Huc enim Argonautæ delati, Hylam venatum miserant, qui ob pulcritudinem à Nereïdibus raptus, inclamauit. Polyphemus audito clamore gladium stringens, ratus à latronibus abduci, insequitur; idque Herculi inuestiganti & Hylam assiduè inclamanti, ac præ dolore non reuertenti aperuit. Postquam verò diu quæsitum Hylam Hercules non repperit, nauis intereà loci discessit, & Argos rediit.

22. Aquam bibens, probum & vtile paries nihil.] Attribuunt hoc Demetrio Halicarnasseo, cuius hoc est:

Egregio vati vinum fit equus celer omni.
Aquam bibens, probum & vtile paries nihil.

23. Vltrà

---

que interpres copiosè, Strabo item, & Suidas, qui ἐξελθεῖν ὑδρευόμενον, *aquatum iuisse*, ait, non, vt noster, πρὸς θήραν *venatum*, fortasse, quòd *Nereïdes æquoreæ* sint Catullo, ac *pelagi Nymphæ* Nasoni, vt *Hamadryades* siluarum.

22. Demetrij hoc vini elogium Nicerato attribui video lib. I. Ἀνθολ. εἰς οἶνον, & ἀδήλων refertur apud Athenæum initio lib. II. at aliter paulò: Πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ. In Cratinum autē Comicum, qui & κώδιον pro re vilissima, dictus est, scriptum hoc Epigramma testantur, de quo & Horatius Flaccus lib. I. Epist. XIX.

Prisco si credis, Mæcenas docte, Cratino,
Nulla placere diu nec viuere carmina possunt
Quæ scribuntur aquæ potoribus, &c.

Et Epist. V.

Fæcundi calices quem non fecēre disertum.

Idem & *Ennium vinosum* facit, atque *Homerum*. *Aeschylum* item nisi potum Tragœdias scripsisse auctor est in Sympos. Plutarchus. Quòd & acino sit vuę passę extinctus Anacreon, testis C. Plinius libro VII. cap. VII. Ebriosum etiā fuisse poëmata eius clamāt.

23. Vati-

23. Vltra septa.] Phayllus Opuntius quinquertio fuit, quem omnium optimè disco ac saltu certasse obseruatum. Siquidem vltra limitē pedes quinquaginta in solidam terram desiliit, qui euentus Prouerbio locum dedit.

24. Aqua influit.] Adhibetur in eos qui quoduis negotium se sperant confecturos. Tractum à studio eorum, qui in nauem rimas agentem, contemto omni periculo, desiliunt. Meminit eius Cratinus in Fugitiuis.

25. Pistilli circumuolutio.] Dicitur de iis qui mouent, & non promouent. Est apud Philemonem in Heroibus.

26. Hydram secas.] De expugna-

23. Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα.] Φύλλος ἐγένετο πένταθλος Πόντιος, ὃς ἐδόκει μέγιστα δισκεύειν καὶ ἅλλεσθαι· ἐπειδὴ δ' αὖ ὑπὲρ τοὺς ἐσκαμμένους πεντήκοντα πόδας εἰς τὸ στερεὸν ἥλατο, τὸ συμβὰν εἰς παροιμίαν περιέστη.

24. Ὕδωρ παραῤῥέει.] Αὕτη τάττεται ἐπὶ τῶν παντὸς ἔργου ἐπαγγελλομένων καταπράξασθαι τὸ προκείμενον. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ὑπὸ σπουδῆς εἰς ῥέοντα πλοῖα εἰσβαινόντων, καὶ παραβαλλομένων τῷ κινδύνῳ. μέμνηται αὐτῆς Κρατῖνος ἐν Δραπέτησιν.

25. Ὑπέρου ἐπιτροπή.] Αὕτη τέτακται ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων, καὶ μηδὲν περαινόντων. μέμνηται αὐτῆς Φιλήμων ἐν Ἥρωσιν.

26. Ὕδραν τέμνεις.] Ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων

23. Vaticanus codex: Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν. ἀπὸ Φαύλλου τοῦ πεντάθλου. τὰ δὲ εἰς ὃν ἐπιγέγραπται· πέντε πεντήκοντα πόδας πήδησε Φαῦλλος. ἐπεὶ γὰρ ὑπὲρ τοὺς ἐσκαμμένους πεντήκοντα πόδας, ἑτέροις πέντε εἰς ὕστερον, εἰς παροιμίαν περιέστη. Sic & Lucianus addit πηδᾷν, & Basilius M. Homilia VI. in Hexaëmeron, & Chrysost. alibi; Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἐπιχειρεῖν. Suidas non *Opuntium*, sed *Crotoniatam* facit, ac deprauatè hîc Φύλλος editum repperi, & Πόντιος, meliùs Ὀπούντιος in Basilien. editione. Meminit & Pollux lib. III. Onomastici. Vtitur autem Plato in Cratylo, & Lucianus in Somnio. Diuus item Chrysostomus in Epist. II. ad Corinth. III. cap. Hinc ductum, quòd cancellis ac fossis stadia circumscriberentur, indeque alia nata Prouerb. *De scammate egredi*, apud Hieronymum: *Ad scamma producere*, apud Tertullianum lib. ad Martyres: aliaque de *scammate* à doctis hominibus obseruata, vt Paulo Leopardo Belga lib. I. Miscellan. capite XXII. & Hœschelio Notis ad Photij Græc. Bibliothecam.

25. Vatican. Ὑπέρου περίτροπον. Ἐπὶ τῶν πάντα τὰ αὐτὰ ποιούντων, καὶ μηδὲν περαινόντων. Plutarcho περιτροπὴ est, Hesychio περιστροφή. Hesychius similiter explicat de iis qui faciunt, non proficiunt tamen. Suidas bis continenter attulit, nunc περιτροπὴ, nunc περίτροπον apponens. Et Platonis Comici hæc ex Adonide:

Εἶτ' οὐχ ὑπέρου μοι περιτροπὴ γίνεται.

Vtitur & Plato philosophus in Theæteto, & aduersus Stoicos Plutarchus.

26. Vtitur Plato lib. IV. de Rep. Lucianus in Amoribus, & Plutarchus de Alexandri fortuna: Ὕδραν τέμνων ἀεί ποι πολέμοις ἀναβλαστάνουσαν. Horat. lib. IV. Oda IV.

Non hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

Nota in vulgus fabula in duodecim Herculis laboribus ex Diodoro, & Pausania in Corinthiacis, qui vnum tantùm caput agnoscit, Suidas nouem, vti & Zenobius, Alcæus quinquaginta, Simonides nonaginta, Diodorus centum. Vide Seruium in VI. Æneid. ad illud: — *ac bellua Lernæ.*

χάριν εἴρηται ἡ παροιμία· διὰ τὰς τῆς Ὕδρας κεφαλὰς, ἃς τέμνων ὁ Ἡρακλῆς, οὐδὲν μᾶλλον ἐκράτει τῆς Ὕδρας, ἀναδιδούσης ἄλλας ἀντὶ τῶν κοπτομένων κεφαλάς. ἡ δὲ Ὕδρα θηρίον ἦν μέγιστον, ἐν τῇ Λέρνῃ τρεφόμενον, κεφαλὰς ἔχουσα ὀκτὼ, μίαν μέσην ἀθάνατον. ταύτην κατ᾽ ἐπιταγὴν Εὐρυσθέως ὁ Ἡρακλῆς ἔκτεινεν. ἅρματι γὰρ ἐπιβὰς, ἡνιοχοῦντος Ἰολάου, παρεγένετο εἰς Λέρνην, ὅπου ὁ φωλεὸς αὐτῆς ὑπῆρχε, καὶ βάλλων βέλεσιν ἠνάγκασεν αὐτὴν ἐξελθεῖν, καὶ κρατήσας τὰς κεφαλὰς ἀπέτεμνεν. ἀλλ᾽ οὐδὲν ἀνύειν ἠδύνατο. μιᾶς γὰρ κοπτομένης, δύο ἀνεφύοντο. προσκαλεσάμενος οὖν βοηθὸν τὸν Ἰόλαον, ἐπέταξεν αὐτῷ μέρος τι καταπρῆσαι τῆς ἐγγὺς ὕλης, καὶ τοῖς δαλοῖς ἐπικαίειν τοὺς τόπους τῶν τετμημένων κεφαλῶν. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον Ἰολάου κωλύοντος ἀναφυομένας, Ἡρακλῆς περιγίνεται τὴν ἀθάνατον ἀποκόψας, τὸ σῶμα δὲ τῆς Ὕδρας ἀναχίσας, καὶ τῇ χολῇ ταύτης τοὺς ὀϊστοὺς βάψας, θανατηφόρους εἰργάσατο.

27. Ὑγιέστερος Κρότωνος.] Ἐπὶ τῶν πάνυ ὑγιαινόντων ἡ παροιμία, ἀπὸ τοῦ ζώου τοῦ Κρότωνος. λεῖον γάρ ἐστιν ὅλον, καὶ χωρὶς ἀμυχῆς, καὶ μηδὲν ἔχον σίνος. μέμνηται τούτου Μένανδρος ἐν Λοκροῖς.

28. Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς.] Μέμνηται

tu difficilibus dictum. Sectis enim Hydræ capitibus ab Hercule, aliis identidem repullulantibus superari nequiuit. Hydra enim in Lerna educta, octo habuit capita, quorum medium immortale, quam Eurysthei subsidio Hercules tandem expugnauit. Conscensis namque curribus, aurigante Iolao, in Lernam ad Hydræ specum peruenit, ac telis iaculisque excedere coëgit, & capita dimicando resecans extinguere non potuit. Vno enim resecto duo capita renascebantur. Igitur Iolao ad suppetias accito, iussitè silua proxima ligna secare, hisque incensis veluti face vulnera desectorum capitum adurere. Sic adiutante Iolao, non renascentibus capitibus, immortale etiam caput amputauit, corpus eius secans, felleque sagittas tinxit, quò vulnus mortiferum efficerent.

27. Salubrior Crotone.] De valdè sanis dictum Prouerbium; à Crotone muscæ genere. Læue enim est ac sine vlla incisione, nihilque habens noxæ. Citat Menander in Locrensibus.

28. De asini vmbra.] Vsurpauit hoc

---

27. *Croton ricinum* est Hermolao Barbaro, Gazæ verò *redituum*. Suidas rursum eadem. Aliter de Crotoniatarum salubritate Strabo lib. VI. quem vide, & hîc Chiliastem Batauum.

28. Fabulam Plutarchus aliter paulò recitat in Demosthene, & iisdem, quibus Zenobius, verbis Aristophanis interpres in Vespis. Suidas Sophoclem citat in Cedalione, & Aristophanem in Dædalo, Aristotelem item ἐν διδασκαλίαις, qui & illam fortasse Archippi Comœdiæ ἐπιγραφὴν laudarit. Platonis verò locus in Phædro sic habet: Μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς ὡς ἵππου, τὸν ἔπαινον ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ κακοῦ, ὡς ἀγαθοῦ. Adhibent præterea Adagium Lucianus in Sectis, Procopius

hoc Adagium Menander in Enchiridio. Narrat Demosthenem cùm capitis reum in iudicio defendendum suscepisset, neque auscultarent Iudices, dixisse; Lepidam audite, Viri, narrationem: Adolescens aliquando Athenis Megaram profecturus asinum conduxit: meridie verò æstuante Sole onus deposuit, asinique vmbram subiit. Reiectus verò ab agasone vim contrà parat, & asini etiam vmbram se conduxisse ait. Negante id agasone, & asinum dumtaxat conductum affirmante, in ius ambulant. His dictis è concione descendit Demosthenes. Retinentibus autem eum Iudicibus, vt causam perorarer, conscenso iterùm suggestu, De asini, inquit, vmbra libet, ô Athenienses, audire; viri verò de vita periclitantis causam auscultare detrectatis? Sunt qui non Megaram sed Delphos conductum asellum referant, vt & ipse testatum reliquit Demosthenes de vmbra Delphica facta mentione [*extrema Orat. de Pace.*] Plato item meminit, aliique plurimi, estque Archippi Comœdiæ inscriptio: *Asini vmbra.* Adhibetur autem Prouerbium in eos qui de re nihili contendunt.

29. Supra Callicratis fortunas.] Callicratem quemdam in Carysto opulentissimũ fuisse auctor Clearchus: vt si

ταύτης ἐν τῷ Ἐγχειριδίῳ Μένανδρος. λέγουσι δὲ ὅτι Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἀπολογούμενος ὑπέρ τινος κινδυνεύοντος, οὐκ ἀνεχομένων τῶν δικαστῶν, εἶπεν· Ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, διηγήματος τερπνοῦ· Νεανίσκος ποτὲ ὄνον ἐμισθώσατο Ἀθήνηθεν Μέγαράδε. μεσημβρίας δὲ καταλαβούσης, καταλύσας τὸν γόμον, ἀπῆλθε εἰς τὴν σκιὰν τοῦ ὄνου. ἐκβαλλόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ ὀνηλάτου, πρὸς βίαν διεφέρετο, μεμισθωκέναι καὶ τὴν σκιὰν λέγων. ἀντιλέγοντος δὲ ὀνηλάτου, καὶ φάσκοντος τὸν ὄνον μεμισθωκέναι, εἰς δικαστήριον εἰσῆλθον ἀμφότεροι. εἰπὼν δὲ ταῦτα ὁ Δημοσθένης κατέβαινεν ἐκ τοῦ βήματος. ἀξιούντων δὲ τῶν δικαστῶν τῆς δίκης τὸ τέλος μαθεῖν, εἶπεν ἀναβὰς πάλιν ἐπὶ τοῦ βήματος· Ὑπὲρ μὲν ὄνου σκιᾶς ἀκούειν, ὦ ἄνδρες, ἐπιθυμεῖτε· ἀνθρώπου δὲ κινδυνεύοντος ὑπὲρ ψυχῆς οὐδὲ τῆς φωνῆς ἀνέχεσθε; ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι Ἀθήνηθεν εἰς Δελφοὺς τὸν ὄνον ἐμισθώσατο. ὅθεν, φασὶ, καὶ αὐτὸς ὁ Δημοσθένης περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς φησὶ, καὶ ὁ Πλάτων δὲ, καὶ ἄλλοι πολλοί. καὶ Ἀρχίππῳ δὲ Κωμῳδία γέγονεν, Ὄνου σκιά. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν περὶ μηδενὸς χρησίμου φιλοτιμουμένων.

29. Ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους.] Κλέαρχός φησιν, ὅτι Καλλικράτης τις ἐγένετο ἐν Καρύστῳ πλουσιώτατος. εἴποτε οὖν ἐθαύ-

copius in Epistola quadam, & Origenes libro III. contra Celsum initio. Apuleius non à Demosthene, sed ex se natam fabulam iocatur. Non dissimile illud:

Grammatici certant de lana sæpè caprina.

Nunc Vaticani accipite codicis scripturam: sic enim ibi: ὑπῆλθεν εἰς τὴν σκιὰν, pro ἀπῆλθε. & μεμισθῶσθαι, non μεμισθωκέναι. Mox, ἐπὶ τὸ βῆμα. Et, ὦ δικασταὶ ἐπιθυμεῖται.

29. Desumtum & hoc è Zenobio à Suida.

30. Eadem

ἐθαύμαζόν τινα οἱ Καρύστιοι ἐπὶ πλούτῳ ὑπερβολικῷ, ἔλεγον, Ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους. Ἀριστοτέλης δὲ φησὶν ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ, Καλλικράτην τινὰ πρῶτον δικαστῶν τοὺς μισθοὺς εἰς ὑπερβολὴν αὐξῆσαι· ὅθεν καὶ τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι.

quem ob diuitiarum copiam Carystij admirarentur, id Prouerbij loco vsurparent. Aristoteles autem in Atheniensium politia Callicratem quemdam Iudicum principem fuisse refert, qui iudiciarias mercedes nimium quantum auxerit: indeque natam Parœmiam.

30. Ὑπερβερεταῖα.] Ἐπὶ τῶν ὑπερχρονίων εἴρηται. παρὰ γὰρ Μακεδόσιν ὁ τελευταῖος μὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ Ὑπερβερεταῖος ἀνεγράφη.

30. Hyperberetæa.] De serotinis atque intempestiuis dicitur. Vltimum enim anni mensem Ὑπερβερεταῖον Macedones appellabant.

Φ.

31. ΦΟΝΟΥ πτερόν.] Τὸν διὰ τῶν οἰςῶν πτερόεντα, ἢ ταχύν. βέλτιον δὲ ἀκούειν περιφραστικῶς τὸν φόνον.

31. CÆDIS ala.] Vt quæ telo fit misso, pro cita ac celeri. Melius autem periphrasticè accipere τὸν φόνον, *stragem.*

32. Φρουρεῖν, ἢ πλουτεῖν.] Ἐπὶ τῶν ἀναλισκόντων ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἡ παροιμία εἴρηται. Ἀθηναῖοι γὰρ φρουραῖς διαλαβόντες τοὺς νησιώτας, μισθοὺς ἔταξαν μεγάλους τοῖς φυλάττουσιν ὑπ᾽ αὐτῶν χορηγεῖσθαι τῶν νησιωτῶν.

32. Excubare, aut ditari.] Iactum in eos qui de alieno largè prodigi sunt. Athenienses enim collocatis magni stipendij præsidiis, insulanos ea soluere cogebant.

33. Φρουρῆσαι ἐν Ναυπάκτῳ.] Φιλίππου Ναύπακτον ἑλόντος Ἀχαιοὶ ἀπέσφαξαν, καὶ Παυσανίαν τὸν ἄρχοντα τῆς φρουρᾶς ἀπέκτειναν, ὥς φησι Θεόπομπος.

33 Excubare in Naupacto.] Philippo Naupactum occupante, Achiui trucidarunt [*præsidiarios*] & Pausaniam præsidij Præfectum, vt ait Theopompus.

34. Φιλίππου Ἀλεκτρυών.] Αὕτη τάττεται ἐπὶ τῶν ἐν μικροῖς κατορθού-

34. Philippi gallus.] In eos dicitur qui in leuiculis successibus sese iactant.

---

30. Eadem rursus Suidas, sollenne illud suum seruans, nisi quòd Octobrem mensem non Decembrem sic nominatum tradat, vt & Canon Apostol. 38. Hîc autem Ὑπερβερεταῖος προσαγορεύεται in Vatic. legi, pro ἀνεγράφη.

32. Eadem mente Suidas. Erasmus tamen quasi insulanorum sint opera vsi Athenienses in præsidiis, hæc reddidit, eumque secutus religiosè Cognatus.

33. Turbat hîc lectio, & ab historiæ discedit fide. Deesse enim videtur φρουροὺς *præsidiarios*, post ἀπέσφαξαν. Sic enim ferè Suidas, & Apostolius, ex Achiuorum sententia Philippum præsidia iugulasse. Altera quoque Erasmi hîc ῥᾳθυμία est. Constat namque Philippum ipsum à Pausania interfectum.

 35. Refert

iactant. Hoc enim nomine dux quidam Philippo regi fuit, quem Chares Atheniensis, vt ferunt, occidit. Prouerbio vtitur Heraclides Comicus, & Antiphanes.

μασιν ἀλαζονευομένων. Ἀλεκτρυὼν γάρ τις ἐγένετο Φιλίππου στρατηγὸς, ὃν ἀπέκτεινεν, ὥς φασι, Χάρης ὁ Ἀθηναῖος. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Ἡρακλείδης ὁ Κωμικὸς, καὶ Ἀντιφάνης.

35. Phocensium execratio.] Phocenses patrio solo digredi coacti, diris se obstrinxerunt numquam in patriam reuersuros. Refert Herodotus libro I.

35. Φωκαέων ἀρά.] Οἱ Φωκαεῖς ποτὲ τῆς αὐτῶν ἐκπεσόντες ἐπηράσαντο μηδέποτε κατελθεῖν εἰς αὐτήν. μέμνηται ταύτης Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ.

36. Phaselitarum sacrificiũ.] De vilibus atque incruentis sacrificiis. Ferunt enim à Phaselitis pisciculos salsos diis immolari solitos.

36. Φασηλιτῶν θῦμα.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ ἀναίμων λέγεται. φασὶ γὰρ τοὺς Φασηλίτας ταρίχους τοῖς θεοῖς θύειν.

37. Phoci conuiuium.] In eos dicitur, qui conuiuas suos damno excipiunt. Phocus enim nubilem cùm haberet filiã, ambientibus eam plurimis, symbolam ab iis colligebat, procisque conuiuio assiduè acceptis, nuptias prorogabat. Qua re indignati proci, in conuiuio Phocum interfecerunt.

37. Φώκου ἔρανος.] Αὕτη λέγεται κατὰ τῶν εὐωχίας συναγόντων ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν κακῷ. Φῶκος γάρ τις θυγατέρα ἔχων ἐπὶ γάμου, πολλῶν αὐτὴν μνηστευομένων, ἐράνους συνῆγε, καὶ ἑστιῶν τοὺς μνηστῆρας, ἀνεβάλλετο τὸν γάμον. ὀργισθέντες οὖν ἐκεῖνοι, ἐν τῷ συμποσίῳ ἀπέκτειναν τὸν Φῶκον.

38. ΧΑΛΕ-

35. Refert & Strabo lib. IX post Herodotum, qui in Clione narrat, validis se imprecationibus deuinxisse, proiecta in mare massa ferrea, non priùs se domum reuersuros, quàm illa è fundo exstiterit, quod ἀδύνατον videbatur. Horatius quoque disertè eadem Od. XVI. Epod. commemorat, & ibidem interpretes, Lambinus, Torrentius, & alij. Profecti verò in Galliam, Massiliam coloniam deduxerunt, teste ex Aristotele Athenæo lib. XIII. & Isocrate in Archidamo. Diuersi, ne quis erret, ab his *Phocais* aut *Phocaensibus* sunt *Phocici* ac *Phocenses*, de quibus singulari libro Pausanias, indeque alterum ductum. Rectiùs verò hîc Vatic. membranæ legunt: Οἱ Φωκαεῖς ποτὲ τῆς ἑαυτῶν γῆς ἐκπεσόντες, &c.

36. Suidas eadem, nisi quòd è Callimachi Nomimis Barbaricis salsamenta Calabro, nescio cui, offerre solitos Phaselitas ait, quem Erasmus *Caprodeum* nominat, nisi si mendosus vtrimque codex est. In Vatic. enim ita scriptum est: Φασηλίτας γὰρ τάριχον τῷ Καλάβρῳ θύειν ἀφ' οὗ τὸν Φασηλιτῶν ὦ γυναι τρεῖς χοίνικας.

37. Eadem iterùm Suidas. Plutarchus in ἐρωτικοῖς rem aliter paulò narrat. De triplici autem conuiuiorum genere Eustathius ad Homeri Odyss. α΄. & λ΄.

Ἠ γάμῳ, ἠ ἐράνῳ, ἠ εἰλαπίνη τεθαλείῃ.

Eustathius, ἔρανος λέγεται τὸ ἐκ συμβολῆς γινόμενον δεῖπνον. *Symbolum* Latini reddiderunt, vel potiùs *symbolam*, vt in Plauto & Terentio doctiss. Turnebus legendum censuit. Sed hîc γάμον potiùs quàm ἔρανον dixisse oportuit, pro nuptiali conuiuio, nisi si symbolis collatis ac fraudatis Phocus procos circumscripsit, ac veluti coruos delusit hiantes.

38. Plato

X.

38. ΧΑΛΕΠΑ τὰ καλά.] Παροιμία, ἧς μέμνηται καὶ Πλάτων. εἴρηται δὲ ἐντεῦθεν. Περίανδρον τὸν Κορίνθιον κατ' ἀρχὰς μὲν εἶναι δημοτικόν, ὕστερον δὲ τὴν προαίρεσιν μεταβαλεῖν, καὶ τυραννικὸν ἀπὸ δημοτικοῦ γενέσθαι· καὶ ταῦτα Πιττακὸν πυθόμενον τὸν Μιτυληναῖον, καὶ δείσαντα περὶ τῆς αὑτῆς γνώμης, φυγεῖν τότε τυραννοῦντα Μιτυληναίων. ἀλλὰ πυνθανομένων δι' ἣν αἰτίαν ἀφίστατο τῆς ἐξουσίας, εἰπεῖν τὸν Πιττακόν· Ὡς ἄρα χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι· νομίσαντα διὰ τὰ συμβάντα τῷ Περιάνδρῳ δυσχερέστατον εἶναι τηρῆσαι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. Σόλωνα δὲ ταῦτα πυνθανόμενον εἰπεῖν, Χαλεπὰ τὰ καλά· καὶ ἐντεῦθεν εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν. ἄλλοι δὲ τὸ Χαλεπὸν ἀκούουσιν ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου, ἀδύνατον οὖν εἶναι ἐφ' ἅπαντα ἀγαθόν.

39. Χαραδραῖος λέων.] Ὁ παρὰ ταῖς Χαράδραις, εἰ μὴ ἄρα τὸν Θεσπιακὸν λέγει, ὃν πρῶτον ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς ἐν Θεσπίαις Χαράδραις. Χαράδρα δὲ καλεῖται ὁ τόπος.

40. Χάραξ τὴν ἄμπελον.] Παροιμία, ὅταν ὑπὸ τοῦ σώζοντος τὸ σωζόμενον πάθῃ. ἀναγράφει δὲ αὐτὴν κακῶς Ἀριστοφάνης, Ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον.

X.

38. DIFFICILIA quæ pulcra.] Prouerbium Plato sæpè adhibet. Inde autem ductum. Periandrum narrant Corinthium popularem initio fuisse; pòst verò corruptis moribus in tyrannidem degenerasse. Eaq; re comperta Pittacum Mitylenęum animo suo diffidentem, exilio sibi sponte indicto patrium vertisse solum. Interrogatum verò à magistratu, cur se abdicasset, respondisse ferunt: *Quàm bonum esse difficile est*. iudicantem nimirum quàm difficile foret regnante Periandro mentem seruare. Solonem autem audita re subiecisse: *Atqui quæ pulcra, eadem difficilia*. Hinc ortum Prouerbium. Sunt qui τὸ Χαλεπὸν interpretantur, quod fieri nequit; fieri autem non posse, vt quis perpetuò bonus sit.

39. Charadræus leo.] Qui iuxta Charadram fuit, nisi Thespiacum dicere mauis, quem in Thespiis occidit Hercules. Loci verò nomen Charadra.

40. Pedamentum vitem.] Adagium, cùm quis ab eo cui fidebat, incommodum accepit. Imitatur nō rectè Aristophanes: *Fefellit statumen vitem.*

41. Cha-

38. Plato frequenter hoc vtitur lib. IV. VI. & VII. Politicorū, initio item Cratyli, & in Hippia maiore extremo. Plutarchus: περὶ παίδων ἀγωγῆς, Lucianus, & alij. De aspera calle virtutis Hesiodus in ἔργοις, quem locum ad verbum vt ediscat Lepiæ suadet M. Tullius lib. VI. ad Fam. epist. XVIII. Codex autem Vaticanus breuiùs: Τὸ χαλεπὸν ἀκούουσιν ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου· ἀδύνατον οὖν εἶναι ἐφ' ἅπαντα ἀγαθόν. cetera desiderantur.

39. An à torrente dictus hic leo, quem & *Nemeæum* & *Cleonæum* poëtæ appellant, vnum in XII. Herculis laboribus? an à *Charadrio* aue, quam *rupicem* Gaza reddidit, cuius aspectus icterim tollere putatur. Vide Adag. χαραδριὸν μιμούμενος, apud Suidam, & Erasm. item χαραδριοῦ βίος apud Iunium Hadrianum Cent. III. Adag. 8.

40. Χάραξ quid, Phrynichus, Suidas, Etymologus, Eustathius in Homerum, &

41. Charontis ostium.] Erat in Prætorio ianua, qua capitis damnati ad supplicium ducebantur.

42. Vale carum lumen.] Anus libidini indulgere nuda cùm vellet, ne fœditas eius appareret, extincto lumine dixit, *Vale dulce lumen.*

43. Pecuniæ vir.] Apophthegma est, qualia ferè septem Sapientum dicta. Adhibet Pindarus [*in Isthmiis.*] Alcæus verò poëta ab Aristodemo Spartano pronuntiatum ait.

44. Maniuoro vinculo.] Pro pugilum cæstibus, quòd carnes stringát ac lædant. Melius autem intelligas vinculum, quòd manus voret. Vinctus siquidem in petricoso quodá loco Stesichorus Peliç vt certaminibus benè prçesset,

41. Χαρώνιος θύρα.] Μία τῆς δεσμοφυλακίας θύρα, δι' ἧς οἱ καταδικοι τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἐξάγονται.

42. Χαῖρε φίλον φῶς.] Γραῦς θέλουσα ἀκολασταίνειν γυμνὴ, ἵνα μὴ τὴν ῥάκωσιν τοῦ σώματος ἐλέγξῃ, τὸν λύχνον ἀποσβέσασα, εἶπε, Χαῖρε φίλον φῶς.

43. Χρήματ' ἀνήρ.] Αὕτη ἀποφθεγματική ἐστιν, ὡς τὰ παραγγέλματα τῶν ἑπτὰ σοφῶν. μέμνηται αὐτοῦ Πίνδαρος. Ἀλκαῖος δὲ ὁ ποιητὴς ὑπὸ Ἀριστοδήμου τοῦ Λακεδαιμονίου εἰρῆσθαι ταύτην φησίν.

44. Χειροβρῶτι δεσμῷ.] Τοῖς πυκτικοῖς ἱμᾶσι. διὰ τὸ τὰς σάρκας διακόπτειν καὶ ἀναλίσκειν. βέλτιον δεσμὸν ἀκούειν, τὸν ἀποβιβρώσκοντα τὰς χεῖρας. ἐδέθη γὰρ ἔν τινι πετραίῳ Στησίχορος δυναρχῶν τῶν ἐπὶ Πελίαν ἄθλων.

45. Χθο-

---

interpres Aristoph. Cur autem malè dicat à Comico ἀναγράφειν Prouerbium, non video, nisi, vt suspicor, mendo non vacat locus, aut καλῶς rescribendum. Adagium verò Thomas Magister in Lexico interpretatur: Ἡ χάραξ ἐπὶ ἀμπέλου, ὡς παροιμία. ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον ἐλυμήνατο, ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν εἰσαγομένων βοηθούς.

41. Habet Hesychius, Pollux, ac Suidas. Nota de Charonte inferorũ portitore fabula. Vatic. autem præfert Χαρώνειος θύρα, & pro ἐξάγονται, ἐξήγοντο ibi legas.

42. Plutarchus lib. VIII. Sympos. aliter narrat, & in ebrij ore collocat. idemque alibi φῶς ἀγαθὸν dici à Græcis solitum boni ominis gratia, cùm lumen vesperi inferretur: quod & Varro tradit, vnde etiam *Manè* deriuat, quod *Manum*, *bonum* sit.

43. Apophthegma hoc Thaleti tribuit Laërtius, Aristodemo vt hîc Zenobius, Pindari Scholiastes, sed Chrysippi, non Alcæi auctoritate, ad illa in Isthmiacis, Oda 2.

Νῦν δ' ἐφίητι τὸ Ἀργείου φυλάξαι
Ῥῆμα, τ' ἀληθείας ἄγχιστα βαῖνον,
Χρήματα, χρήματ' ἀνήρ. ———

Nunc subit illud Argiui seruare
Dictum, veritati proximè accedens
Pecunia, pecuniæ vir. ———

Huc illud Flacci pertinet, Pindari æmuli:

Nil satis est, inquit, qui tãti quantũ habeas, sis.

Nec illud eiusdem abludit:

——— *quærenda pecunia primùm,*
Virtus post nummos.

44. Mendosus nimis hic locus & truncatus, à quo idcircò plerique manus abstinuerunt, fortè quòd depositum existimarent. Erasmus, ne nihil dicere videretur, *Ponticarum vestium* nescio quas manicas excogitauit, vt Ποντικοῖς legisse credas, pro vulgato illo πυκτικοῖς. Ioannes Hartungus κοπτικοῖς, pro *scindentibus vinculis*, id est arctis, tentabat Decuria prima, ca. 11. Locorũ, itaque Gilb. Cognatus edidit. Paulus verò Leopardus tertio pedatu longè feliciùs ex Hesychio, & Varino, πυκτικοῖς ἱμᾶσι pro *pugilum cæstibus*. lib. v. Miscellan. cap. xx. quomodo & in Vaticanis scriptum membranis inuenimus. Sequentia haud scio huc pertineant,

45. Χθόνια λουτρά.] Τὰ τοῖς νεκροῖς ἐπιφερόμενα. ἐκομίζετο γὰρ ἐπὶ τοὺς τάφους λουτρά.

46. Χειρώνειον ἕλκος.] Τὸ ἀπὸ πολλῆς στάσεως ἐν τοῖς ποσὶ γινόμενον τραῦμα, καὶ διηνεκῶς ἰχῶρας ἐκκρῖνον. τοξευθεὶς γὰρ ὑπὸ Ἡρακλέους ὁ Χείρων, μάχην πρὸς Κενταύρους ἐνστησαμένου, ἀνίατον ἔσχεν ἕλκος περὶ τὸν πόδα· δι᾽ οὗ καὶ ἀπέθανεν. ὅθεν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνιάτων προήχθη τραυμάτων.

47. Χρυσὸς ὁ Κολοφώνιος.] Μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ. εἴρηται δὲ, παρόσον οἱ Κολοφώνιοι τὸν κάλλιστον χρυσὸν ἐργάζεσθαι νομίζονται. καὶ Ἡρόδοτος δὲ Κολοφώνιον καλεῖ τὸν ἄριστον χρυσόν.

48. Χαμαὶ ἀντλεῖς, Πλίνθον πλύνεις. Φακὸν κόπτεις.] Αὗται πᾶσαι ἐπὶ τῶν τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειρούντων εἴρηνται.

Ψ.

49. ΨΩΡΑ Ἡράκλειος.] Ἡ τῶν Ἡρακλείων λουτρῶν δεομένη πρὸς θεραπείαν. ἡ γὰρ Ἀθηνᾶ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνῆκε πολλαχοῦ θερμὰ λουτρὰ πρὸς ἀνάπαυσιν τῶν πόνων,

45. Terrestria balnea.] Quæ mortuis fiebant. Defunctis enim balnea quædam adhibebantur.

46. Chironium vlcus.] Quòd illi vulnus in pedibus assiduè stando natum sit, saniem continuò euomens. Ab Hercule enim Chiron iaculo percussus in bello aduersus Centauros, immedicabile in pede vlcus accepit, quo etiam periit. Hinc vsurpatum Prouerbium de incurabilibus vulneribus.

47. Aurum Colophonium.] Vsus est Aristophanes in Cocalo. Dictum autem quòd optimum apud Colophonios aurum elaboraretur. Herodotus ad hæc præstantissimum aurum Colophonium appellat.

48. Humi hauris. Laterem lauas. Lentem tundis.] Hæc Adagia in aggredientes impossibilia iactantur.

Ψ.

49. HERCVLANA scabies.] Quę ad remedium Herculeis indigebat balneis. Pallas enim Herculi balnea ad labores detergendos adornauit, vt &

neant, an assuta sint. Suidas nihil hîc opis attulit, nisi quòd χειροβρῶτα δεσμὸν ait esse ὁ ἀποβρώσκων τὼ χεῖρε.

45. Tale aquæ lauacrũ mortuis allatum *arferiam* nominabant, auctore Festo Pompeio, ac Glossario vetere: quod obseruauit, ne describere cogar, ex Hesychio, Valerio Harpocratione, ac Suida, Io. Meursius De Funeribus Rom. cap. XIV. & Ioan. Kirchmannus lib. IV. cap. IV.

46. Paulus Ægineta, & Eustathius eiusmodi vlcera nominant, vt Chirone medicinæ peritissimo indigentia. Galenus περὶ θεραπευτικῆς μεθόδου inde dicta ait, quòd talia primus vlcera Chiron curarit. Diodorus verò Siculus de hoc vulnere aliter lib. IV. Bibliothecæ. Herculis telum vnum in pedem Chironis decidisse refert, itaque Chironem interfecisse. In Virgilianis Catalectis legitur:

Viuit pectore sub dolente vulnus
Quod Chironia nec manus leuaret.

48. Theocritus in Charitibus:

Καὶ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδεῖ πλίνθον.
Et nigram silicem lauisse liquentibus vndis.

Terentius in Phorm. *Loquárne? incendam. Taceam? instigem. Purgem me? laterem lauem.*

50. Φασὶ

Vt & Pindarus poëta in Herculis rebus gestis commemorat.

ὥς φησι καὶ Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους.

Ω.

50. VT Chalcidica nobis peperit vxor.] Huius Prouerbij meminit Polyzelus in Musarum natalibus, de quadam multas filias pariente. Natum Prouerbium, siue quòd è Chalcide vrbe Eubœa ingens vis armatorum æreorum, & quadrigarum prodiret. Quidam aiunt, non vrbem, sed Heroidem Chalcida appellatam. Comben enim aiunt, cognomento Chalcida, postquam prima ænea cuderit arma, viro nuptam centum ei liberos peperisse; vt produnt Euboïcarum rerum scriptores, & Aristus Salaminius.

51. Non inferens, sed depellens iniuriam.] Huius meminit in Olynthia Menander.

52. Gloriatur, tamquam Argiuum clypeum abstulerit.] Quidam apud Argiuos sacrũ esse clypeum aiunt, clauis affixum ac munitum, vt auelli ægrè possit. Alij cohortem iuuenũ apud eosdem fuisse ferunt, ætate florentium, quem Ἀσπίδα nominabant.

Ω.

50. ΩΣΠΕΡ Χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν γυνή.] Ταύτης Πολύζηλος μέμνηται ἐν Μουσῶν γοναῖς, ἐπί τινος πολλὰς θυγατέρας ἀπογεννώσης. ἐπειδὴ Χαλκίδα τὴν Εὐβοίας πόλιν φασὶ ποτὲ ἐν θησαιδόρασί τε τῷ πλήθει τεθρίππων ἁρμάτων. οἱ δὲ φασὶν οὐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν ἡρωΐδα Χαλκίδα εἰρῆσθαι. Κομβὴν γὰρ φασί, τὴν ἐπικληθεῖσαν Χαλκίδα, ἐπειδὴ ὅπλα χαλκᾶ ἐποιήσατο πρώτην συνοικήσασαν ἀνδρὶ ἑκατὸν παίδων γενέσθαι μητέρα, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ τὰ Εὐβοϊκὰ συγγράψαντες, καὶ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος.

51. Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.] Ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν Ὀλυνθίᾳ.

52. Ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελὼν σεμνύνεται.] Οἱ μὲν ἱερὰν φασὶν εἶναι ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθηλουμένην ὀχυρὰν καὶ δυσκαθαίρετον. οἱ δὲ λόχον φασὶν εἶναι ἐν Ἄργει τῶν πάνυ ἀκμαζόντων νεανίσκων, ὃν Ἀσπίδα καλεῖσθαι.

---

50. Φασὶ ποτὲ ἐν θησαιδόρασι.] Rectiùs fortè Vaticanæ membranæ: φασὶ ποτὲ ἀνθῆσαι φορᾷ καὶ πλήθει.

51. Pro *Olynthia*, quã Menandri agnoscit nemo, vereor ne Πειρινθίᾳ reponendum. Citat Suidas è Thersita Chæremonis. Rectè Cicero Tusc. v. *Accipere quàm facere præstat iniuriam*. Quod dictum Phocioni Plutarch. tribuit; & Ælian. lib. 11 ποικιλ. ἱστορ. cap. XVI. Vaticanus autẽ codex ἐχυρὰν καὶ δυσκαθαίρετον præfert; expungendumq; censeo λόχον, λόχον reponendo, eiusdem libri auctoritate.



ΔΙΟΓΕΝΙΑΝΟΥ

ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ ΔΗΜΩΔΕΙΣ.

DIOGENIANI

VVLGARIA PROVERBIA

Græcè nunc primùm eruta, Latinè reddita
ac Scholiis illuſtrata
ab ANDREA SCHOTTO Antuerp. è Soc. IESV.

ΤΩ, ΑΙΔΕΣΙΜΩ, ΚΥΡΙΩ,

ΠΕΤΡΩ, ΠΑΝΤΙΝΩ,

ΑΝΔΡΕΑΣ Ο ΣΧΟΤΤΟΣ

ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

ΕΠΙΘΕΜΕΝΟΣ γράψαι πρός σε, Κύριε εὐσεβέστατε, περιέτυχόν τινι τῶν ἐπιστολῶν σου, καὶ ἥσθην πάνυ ἀπὸ βαθείας τῆς γνώμης, ὥσπερ ἑταῖρος ἐκ παλαιοῦ καὶ ἄνωθεν φίλος σοι γεγονώς, ἐθελουσίως ἀναγινώσκων σε ὑγιαίνειν, καὶ ὅτι ἐν ταῖς τοῦ Ἀποστολίου Βυζαντίου Παροιμίαις διατρίβειν ἀσκῶν τυγχάνεις· οὐδένα γὰρ δικαιότερόν σου φιλῶ, καὶ ἄγω σε διὰ πάσης τιμῆς. διὰ ταῦτα οὐκ ἐν αἰτίᾳ μοι δοκῶ ποιήσεσθαι τοῦτο, εἰ βουλόμενον μετὰ σοῦ, κύριε, ἀγαθοῦ τινος πολύ μοι αἴτιος πᾶσι χάριτας, καὶ σοῦ πεποιηκὼς εἶναι. ἰδοὺ σοι οὖν τοῦ Διογενιανοῦ ἐξ Ἡρακλείας γραμματικοῦ, ὡς ἡγοῦμαι, Παροιμίαι δημώδεις, παντοδαπὰς γράψαντος βιβλίοις κατὰ στοιχεῖον περὶ λέξεων, καὶ γεωγραφίας· ὃ ἐκ τῶν Σουΐδα δῆλον· τουτὶ δὲ ὑπόμνημα ἐν τῷ παρόντι μεθερμηνεῦσαι καὶ ἐκδοῦναι ἀνέκδοτον μέχρι νῦν εἰς τὸ φῶς ἀποτολμήσας ἠβουλόμην. ἡ γὰρ Παροιμία σοφόν τι ἐστιν, ὡς λέγει ὁ σοφὸς Συνέσιος, Κυρήνης ἐν τῇ Λιβύᾳ Ἐπίσκοπος, Ἀττικώτατος, ,, ὡς οἶσθα, ἐν τῷ φαλάκρας ἐγκωμίῳ. πῶς οὐχὶ σοφόν; μέχρι ὧν ,, Ἀριστοτέλης φησὶν ὅτι παλαιᾶς εἰσι φιλοσοφίας ἐν ταῖς μεγίσταις ἀν- ,, θρώπων φθοραῖς ἀπολομένης ἐγκαταλείμματα, περισωθέντα διὰ ,, συντομίαν καὶ δεξιότητα· βαβαὶ τῆς ἀληθείας, χρησμὸς ἄντικρυς! τὸ γὰρ ,, ἀπαθανατίζον τὰς Παροιμίας αὐτὸ τοῦτ' ἐστιν ἡ συνέχεια τῶν χρωμέ- ,, νων, ὃς ἐφ' ἑαυτῶν ὑπομιμνήσκει τὰ πράγματα. Δημήτριος δὲ ὁ Φα- ,,

ληροῦς, κάλλος, φησὶν, ἐπιστολῆς πυκναὶ Παροιμίαι· δημοτικὸν γάρ ἐστιν ἡ Παροιμία καὶ κοινόν· εἰ καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐπικλὴς, τῷ Νικοβούλῳ γράφων, οὐ πολὺ ἀλλὰ σπανίως παραβάλλειν ταῖς ἐπιστολαῖς δεῖν νομίζει, ὡς γνώμας, οὕτω καὶ παροιμίας, καὶ ἀποφθέγματα. Σοὶ δὲ, φίλη κεφαλὴ, πολλῶν ἕνεκα ταύτην τὴν ἔκδοσιν ἔδει προσνεῖμαι. πρῶτον μὲν ὅτι ἐκ τῆς σῆς βιβλιοθήκης εἶχον ἀπόγραφον ἱκανῶς παλαιὸν τῶν ἐκ Διογενιανοῦ Παροιμιῶν, καὶ ἕτερον πρωτότυπον παρέπεμψε φίλος τις ἄξιος ἐκ τῆς Παλατίνης. εἶτα ὅτι συνοδοιπόρος ἦς ποτε τῆς ἐμῆς ἐν φιλολογίᾳ ἀποδημίας, καὶ τῆς περὶ σπουδὴν διατριβῆς κοινωνός. τελευταῖον δὲ παρακομίζω σοι Ἕλληνα φιλέλληνι, καὶ προσήκοντα, καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνάλογον ἀμφοτέρῳ ἡμῶν, κατὰ τὸ τοῦ Ὁμήρου παροιμιῶδες·

Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Προσδοκῶμεν ἔτι ἀπὸ σοῦ, ξὺν θεῷ φάσιν τὴν Ἀποστολίου ἔκδοσιν μετὰ πολλῆς αὐξήσεως τῶν Παροιμιῶν, καὶ τῶν ἐξ Αἰλιανοῦ περὶ τῶν ζῴων ἱστορίας, καὶ τῶν ἐκ Παλαιφάτου ἐν ἀπίστοις μυθικῶν ἐξηγήσεων. τῆς σῆς οὖν φιλοφροσύνης ἔσται τό μοι τολμηθὲν εὖ θέσθαι, καὶ συγγνώμην, ὡς λέγουσι, πρωτοπείρῳ φίλως δοῦναι. ἔρρωσο, ἐν τῷ τῶν Ἀδουατικῶν ἐμπορίῳ Ἀμβέρσῃ, ἑκατομβαιῶνος δευτέρᾳ ἐπὶ εἰκοστῇ, ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, ͵α χ ι ά.



ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.

ΔΙΟΓΕΝΙΑΝΟΣ Ἡρακλείας Πόντου Γραμματικὸς γεγονὼς καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως. ἐπιστητέον δὲ μή ποτέ ἐστιν ὁ ἐκ τῆς Ἀλβάκης Ἡρακλείας τῆς ἐν Καρίᾳ ἰατρός. ἦν γὰρ οὗτος παντοίοις λόγοις. οὐ γὰρ εὗρον ῥητῶς τὸ ἐξ Ἡρακλείας αὐτὸν εἶναι τῆς ἐν Πόντῳ, ἀλλ' οὕτω παρά τισι δεδόξασται. ἔστι δὲ αὐτοῦ βιβλία ταῦτα· Λέξεις παντοδαπαὶ κατὰ στοιχεῖον ἐν βιβλίοις έ. ἐπιτομὴ δέ ἐστι τῶν Παμφίλου λέξεων βιβλίων έ καὶ τετρακοσίων. καὶ τῶν Ζωπυρίωνος ἐπιγραμμάτων ἀνθολόγιον. Περὶ ποταμῶν, λιμνῶν, κρηνῶν, ὀρῶν, ἀκρωρειῶν. Περὶ ποταμῶν (γραπτέον, Παροιμιῶν) κατὰ στοιχεῖον ἐπιτομήν, διαγραφὴν συναγωγὴν, καὶ πίνακα περὶ τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ πόλεων, καὶ τὰ λοιπά.

DIOGENIANVS Heracleotes Ponticus, Grammaticus fuit ſub Hadriano Imperatore. Conſiderandum autem eſt, an fortè ſit ille ex Albace Heraclea in Caria Medicus, qui fuit omni doctrinæ genere eruditus. Neque enim manifeſtè repperi eum eſſe ex Heraclea Ponti, quamuis in ea nonnulli opinione fuerint. Sunt autem hi eius libri: Omnis generis Vocabula ordine alphabetico libris quinque expoſita. Eſt autem Epitome vocabulorum è libris Pamphili CCCCV. & Zopyrionis Epigrammatum florilegium. De fluminibus, lacubus, fontibus, montibus, promontoriis. De fluminibus (*emenda* de Prouerbiis, *ne bis eadem repetat*) ordine alphabetico breuis deſcriptio. Collectio, & Tabula omnium vniuerſæ terræ vrbium: & plura.

ΗΣΥΧΙΟΣ Ο ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ

ΕΥΛΟΓΙΩΙ ΤΩΙ ΕΤΑΙΡΩΙ.

ΔΙΟΓΕΝΙΑΝΟΣ, ἀνὴρ σπουδαῖος καὶ φιλόκαλος, πάσας τὰς σποράδην παρὰ πᾶσι κειμένας λέξεις συναγαγὼν, ὁμοῦ πάσας καθ᾿ ἕκαστον στοιχεῖον συντέθεικε. λέγω δὴ τάς τε Ὁμηρικὰς καὶ Κωμικὰς, καὶ Τραγικὰς, τάς τε παρὰ τοῖς Λυρικοῖς, καὶ παρὰ τοῖς Ῥήτορσι κειμένας. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς παρὰ τοῖς Ἰατροῖς, τάς τε παρὰ τοῖς Ἱστοριογράφοις, &c. Καὶ πρὸς τούτοις ὅσας οἷός τε ἦν ΠΑΡΟΙΜΙΑΣ εὑρεῖν· οὐδὲ ταύτας παρέλιπεν. ἐπαινῶ μὲν οὖν ἔγωγε τὸν ἄνδρα καὶ τῆς φιλοκαλίας, καὶ τῆς σπουδῆς, ὅτι χρησιμοτάτην πραγματείαν καὶ τοῖς σπουδαίοις τῶν φιλολόγων ὠφελιμοτάτην χορηγίαν πρὸς ἅπασαν παιδείαν προείλετο παρέχειν. ἐβουλόμην δ᾿ αὐτὸν μήτε τὰς πλείους τῶν ΠΑΡΟΙΜΙΩΝ ψιλῶς καὶ ἄνευ τῶν ὑποθέσεων τεθεικέναι. καὶ τὰ ἑξῆς· Τὰ βιβλία προθεὶς ΔΙΟΓΕΝΙΑΝΟΥ, ὃ πρῶτον καὶ μέγιστον ὑπάρχει πλεονέκτημα.

HESYCHIVS ALEXANDRINVS

EVLOGIO SODALI.

Ex proœmio Lexici Græci.

DIOGENIANVS, vir ſtudioſus & elegans, omnia paſſim apud omnes Scriptores Vocabula colligens, ſimul litterarum ordine quæque digeſſit: Homerica, inquam, Comica, Tragica, & Lyricorum Poëtarum, atque Oratorum [Athenis]: quinetiam & Medicorum atque Hiſtoricorum. Ad hæc ne prætermiſit quidem quotquot reperire licuit PROVERBIA. Quamobrem laudo equidem viri & elegantiam ac ſtudium, propterea quòd Philologiæ candidatis rem maximè profuturam, imò & ceteris diſciplinis vtiliſſimam cenſuit exhibendam. Volui & ipſe non nudè tamen & abſque expoſitione plurima PROVERBIA adferre. *Et infrà:* Hos edens libros DIOGENIANVS maximum attulit commodum, pretiumque operæ fecit.

ΠΑΡΟΙ-

ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ ΔΗΜΩΔΕΙΣ ΕΚ ΤΗΣ ΔΙΩΓΕΝΙΑΝΟΥ ΣΥΝΑΓΩΓΗΣ.

1. ΑΒΥΔΗΝΟΝ ἐπιφόρημα.] Ἐπὶ τῶν ἀηδῶν εἴωθε τάττεσθαι. ἔθος γὰρ τοῖς Ἀβυδηνοῖς μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὰς σπονδὰς προστάγειν τοὺς παῖδας μετὰ τῶν τιτθῶν, τοῖς εὐωχουμένοις. κεκραγότων δὲ τῶν παίδων, καὶ θορύβου γινομένου, ἀηδίαν πολλὴν εἶναι τοῖς δαιτυμόσιν.

2. Ἄβρωνος βίος.] Ἄβρων τὶς ἐγένετο πλούσιος καὶ ἁβροδίαιτος. ὅθεν ἡ παραβολὴ ἐπὶ τῶν πολυτελῶν τάττεται. τοιαῦτα καὶ, Σικελικὴ τράπεζα· καὶ, Συβαριτικὸς βίος.

3. Ἀγορὰ Κερκώπων.] Ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοήθων. Κέρκωπες γάρ τινες, ἀπατεῶνες ἐγένοντο ἐν Ἐφέσῳ. οἵτινες καὶ τὸν Δία ἐξαπατῆσαι πεπείρανται. ὁμοία τῇ, Λύκων δεκάς· καὶ, Κρωβύλου ζεῦγος.

4. Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ' ἄρτον.] Ἐπὶ τῶν τὰ ὕστερα τισὶ διδόντων· ὁμοία, Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

5. Ἂν μὴ παρῇ κρέας, ταρίχῳ στερκτέον.

PROVERBIA VVLGARIA E DIOGENIANI COLLECTANEIS.

1. ABYDENA illatio.] De molestis & iniucundis rebus dici solitum. Mos enim Abydenis à cœna & post solemnes libationes factas, liberos cum nutricibus in medium producere. Vociferantibus verò infantibus, tumultumque concitantibus, molestum id conuiuantibus accidebat & iniucundum.

2. Abronis vita.] Abron diues quidam erat ac molliter viuens: vnde in magnificos iactatum. Talia & illa: *Sicula mensa*: &, *Sybaritica vita.*

3. Cercopum forum.] In improbos ac versutos. Cercopes enim quidam in Epheso versipelles ac deceptores erant, qui & Iouem ipsum fallere tentarunt. Simile huic: *Luporum decas*; &, *Crobyli par.*

4. Bona etiam massa post panem.] De iis qui secunda aliquibus largiuntur. Simile Adagium, *Accipit & glebam erro.*

5. Salsamento egenti carnibus contentum esse oportet.

6. Aga-

SCHOLIA.

4. Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης] Refert historiam Pausanias in Corinthiacis, & in Problematis Plutarchus.

5. Refertur à Suida, moneri quemque vt sua

6. Agamemnonis hostia.] In duros ac persuasu difficiles. Agamemnon enim propriam immolauit filiam: vel quia ipso sacrificante bos effugit, ægréque captus reduci potuit.

7. Agathonia cantio.] Quæ mollis & non acerba, neque dissoluta, sed iucundissima.

8. Risus expers lapis.] De iis quæ dolorem conciliant Prouerbium vsurpatum. Quòd in saxo illo consederit, dum filiam [raptã] quærit, Ceres. Huic affine: *Areopagita taciturnior*: &, *In Trophonij antro vaticinatus est.*

9. Bona Cilicum.] In eos qui iniustè ditantur. Cilix enim quidam Mileto prodita opulentus euasit. Simile: *A mortuis tributum exigere.*

10. Bonorum mare.] De copia bonorum, vt & illud, *Bonorum cumulus*, &, *Bonorum myrmecia.* nam & hoc de abundantia felicitatis. Contrà verò, *Malorum Ilias*, &, *Lerna malorum.*

11. Gubernaculo purior.] De castè viuentibus. Gubernaculum enim nauis semper mari abluitur.

6. Ἀγαμέμνονος θυσία.] Ἐπὶ τῶν δυσπειθῶν καὶ σκληρῶν. Ἀγαμέμνων γὰρ τὴν αὐτοῦ ἐθυσίασε θυγατέρα· ἢ ὅτι βοῦν αὐτοῦ θύοντος, ἔφυγε, καὶ μόλις κρατηθεὶς εἰσήχθη.

7. Ἀγαθώνειος αὔλησις.] Ἡ μαλθακὴ, καὶ μήτε χλιαρὰ, μήτε πικρὰ, ἀλλ' ἡδίστη.

8. Ἀγέλαστος πέτρα.] Ἐπὶ τῶν λύπης προξένων ἡ παροιμία· ἐπ' αὐτῆς γὰρ ἐκάθισεν ὅτε τὴν κόρην ἐζήτει ἡ Δημήτηρ. ὁμοία, Στεγανώτερος Ἀρεοπαγίτου. καὶ, Ἐς Τροφωνίου μεμάντευσαι.

9. Ἀγαθὰ Κιλίκων.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ τοῦ προσηκόντων πλουτούντων. προδότης γάρ τις τῶν Κιλίκων Μίλητον προδοὺς, ηὐπόρησεν. ὅμοιον, Ἀπὸ νεκρῶν φορολογεῖν.

10. Ἀγαθῶν θάλασσα.] Ἐπὶ πλήθους ἀγαθῶν. ὡς καὶ τὸ, Ἀγαθῶν σωρὸς, καὶ, Ἀγαθῶν μυρμηκία. ἐπὶ πλήθους γὰρ εὐδαιμονίας καὶ τοῦτο. τὰ ἐναντία· Κακῶν Ἰλιὰς, καὶ, Λέρνη κακῶν.

11. Ἁγνότερος πηδαλίου.] Ἐπὶ τῶν ἁγνῶς βεβιωκότων. παρόσον ἐν θαλάσσῃ ἐστὶν ἀεὶ τὸ πηδάλιον.

12. Ἀχοί-

---

vt sua cõtentus sorte viuat. De Taricho Desiderius Chil. Cent. IV. Chil. II. Adag. 62.

6. Ἐθυσίασε. Sic Palat. cod. at Pet. Pantini viri clariss. ἐβούλετο θυσίασαι. Et seq. Prouerb. ἡ μαλακὴ καὶ μήτε χαλαρά.

8. Ex στεναγώτερος, στεγανώτερος emendaui. de qua voce in Pandectas G. Budæus, qui ex Alciphronis epistola, vt & Erasmus & Io. Alex. Brassicanus Prouerbium adhibent. De Trophonij verò specu multa idem Eras. ex Aristoph. interprete, & Zenobio.

9. De Cilicibus & his finitimis Isauris latrocinio infamibus plenæ historiæ; ac de bello Romanorum cum Isauricis piratis à Cn. Pompeio Magno confecto M. Tullius in Maniliana, & L. Florus lib. III. cap. 6. referunt. Vt simile illi sit, quod & M. Plautus, idemq; initio Philippicæ secundæ Cicero exagitat: *Malè partum malè disperit.* De altero Aristoteles Rhetor. III. ad Theodectem: Οἷον πενήτων καὶ τεθνεώτων, ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, Τὸ καὶ ἀπὸ νεκροῦ φέρειν. αἰσχροκερδίας γάρ. vt si quis à pauperibus exigat, vel vita functis: vnde natũ Prouerb. Vel à mortuo tributum auferre. Turpe enim id lucrum. Et illud affine: *Vectigal è statuis exigere.*

12. Memi-

12. Ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος.] Ὑποθετική. ὅτι μηδὲ τῶν εὐτελῶν ἔδει καταφρονεῖν. ὅμοιόν ἐστι, Κἂν μύρμηκι χολή.

13. Ἀγναμπτότερος βάτου αὔου.] Ἐπὶ τοῦ ξηροῦ καὶ αὐθάδους τὸν τρόπον.

14. Ἀδώνιδος κῆποι.] Ἐπὶ τῶν ἀώρων καὶ μὴ ἐῤῥιζωμένων. ἐπειδὴ γὰρ Ἄδωνις ἐρώμενος ὤν, ὡς ὁ μῦθος, τῆς Ἀφροδίτης, πρὸ ἥβης τελευτᾷ, οἱ ταύτῃ ὀργιάζοντες, κήπους εἰς ἀγγεῖά τινα φυτεύοντες ἢ φυτεύουσαι, ταχέως ἐκείνων διὰ τὸ μὴ ἐῤῥιζῶσθαι μαραινομένων, Ἀδώνιδος αὐτοὺς ἐκάλουν.

15. Αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἐλάττω τοῖς μείζοσι συγκρινόντων. Τέττιγι μέλιτταν συγκρίνεις, κατὰ φωνήν.

16. Ἀδεὲς δέος.] Ἐπὶ τῶν μάτην δεδιότων.

17. Ἀληλεσμένος βίος καὶ μεμαγμένος.] Ἐπὶ τοῦ ἑτοίμου καὶ προχείρου.

18. Ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα.] Ἐπὶ τοῦ ὁμοίου.

19. Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε.] Ἐπὶ τῶν ἐνδελεχῶς αἰτούντων, ἢ ἐπὶ τῶν συνεχῶς δανειζομένων. οἱ γὰρ παλαιοὶ βαλάνοις ἔζων· πρὸς οὖν τοὺς περισκοποῦντας τὰς δρῦς, εἴτε πλήρεις εἶεν εἴτε κεναί, Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε, ἔλεγον.

12. Rusticum noli Rhetorẽ contemnere.] Præcepto iubemur etiam viles non insuper-habere. Simile huic: *Et formicæ sua bilis inest.*

13. Arido rubo rigidior.] De duro ac præfracto moribus.

14. Adonidis horti.] De rebus immaturis,& quæ radicem non egerũt. Adonis enim Veneris, vt fabulantur, amasius, primo ętatis flore extinctus est. Quare Veneris sacris initiati testulis hortulos viri feminæque plantantes, cùm non altè radicibus actis emarcuissent, eos *Adonidis hortos* appellarunt.

15. Tibiam tubæ cõparas.] In eos qui minora maioribus cõponũt; vt illud, *Cicadæ apem cõparas*, secundùm sonũ.

16. Metus periculi expers.] In eos qui frustrà formidant.

17. Molita ac subacta vita.] De victu parato ac facili.

18. Inseminata, & inarata.] De re eadem.

19. Aliam quercum excute.] In eos qui ab iisdem assiduè petunt, vel perpetuò mutuum sumunt. Victitabant enim primi mortales glandibus. Ad eos igitur qui quercus speculabantur, grauidæne essent an inanes, dicebant, *Aliam excute quercum.*

20. Alia

---

12. Meminit Adagij vtriusque Zenobius, vbi plura notabamus. Mox 13. in Pantini V. Cl. cod. est σκληροῦ, pro ξηροῦ.

14. Vsum Parœmiæ Suidas & Pausanias ostendunt: Zenobius item, & Plutarchus De sera numinis vindicta.

15. Addendum videtur ὅμοιον, Τέττιγι, vel quid simile. Lucianus in Rhetore vtramque expressit Parœmiam: Τοσοῦτον ὑπὲρ φωνοῦντα ἀφήσεις, ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοὺς αὐλούς, καὶ οἱ τέττιγες τὰς μελίττας.

16. Simile illud Maronis IV. Æneidos ver. 298. *Omnia tuta timens.*

17. Repetit infrà, Βίος μεμαγμένος.

20. Alia vita, alia victus ratio.] In eos qui vitam meliore commutant.

21. Salem vehens dormis.] In eos qui in periculis otioso sunt animo. Mercatore namque quodam salem vehente, somnoque capto, contigit aquam sentinâ hauriri, salemque liquescere.

22. Canis, vt qui in Delum nauigat.] Superiori non dissimile.

23. Proque loco nunc hunc fieri, nunc expedit illum.] Oportere se quemque locis quibus versetur accommodare. Deductum à polypis, qui cuicumque saxo appropinquent, metu perculsi, in similem se mutant colorem. Tale illud: *Versicoloris Polypi mentem obtine.* ——[*Regio & lex.*]

24. Azanæa mala.] De iis qui cum malis assiduè conflictantur. Azane enim regio aspera & sterilis, in qua frustrà sudantes agricolæ nihil proficiunt.

25. Anagyrum moues.] In eos qui quippiam in sui mouent perniciem. Anagyrus enim loci quidam genius est, qui vicinos, quòd sacellum eius violassent, funditus euertit.

26. Asinus Antronius.] In magnos & agrestes, ac labori ineptos. In Antrone enim, vt scribit Pherecrates, vasti asini. Acharnici asini.] De re eadem.

27. Sursum versus fluminum fe-

20. Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα.] Ἐπὶ τῶν ἐπ' ἀμείνονα βίον μεταβαλλομένων.

21. Ἅλας ἄγων καθεύδεις.] Ἐπὶ τῶν ἐν κινδύνοις ῥαστωνευομένων. ἐμπόρου γάρ τινος ἅλας ἄγοντος ἀποκαθευδήσαντος, συνέβη τὴν ἀντλίαν ἐπαναβῆναι, καὶ τῆξαι τὰ ἅλα.

22. Ἄδεις ὡς εἰς Δῆλον πλέων.] Ἐπὶ τοῦ ὁμοίου.

23. Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον τελέθειν καὶ χώρῃ ἕπεσθαι.] Ὅτι προσήκει ἐξομοιοῦν ἑαυτὸν ἐν οἷς ἂν γένοιτο τόποις. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν πολυπόδων· οὗτοι γὰρ ᾗ ἂν πλησιάσωσι πέτρᾳ, φόβου κατεπείγοντος, εἰς τὸ αὐτῆς εἶδος, τὸ ἑαυτῶν μεταβάλλουσιν. Ὅμοιον, Πολύποδος πολυχρόου νόον ἴσχε. [Χώρα καὶ νόμος.]

24. Ἀζαναῖα κακά.] Ἐπὶ τῶν κακοῖς διηνεκῶς προσπαλαιόντων. Ἀζάνια γὰρ τόπος σκληρὸς, περὶ ὧν πονοῦντες οἱ γεωργοὶ, οὐδὲν ποιοῦσι.

25. Ἀνάγυρον κινεῖς.] Ἐπὶ τῶν κινούντων τινὰ ἐπὶ τῶν ἑαυτῶν κακῶν. Ἀνάγυρος γάρ τις ἥρως ἐπιχώριος, τοὺς γειτονοῦντας ἐκ βάθρων ἀνέτρεψεν, ἐπειδὴ τὸ ἡρῷον αὐτοῦ ὑβρίσαι ἐπεχείρησαν.

26. Ἀντρώνιος ὄνος.] Ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ ἀγρίων, καὶ ἀνενεργήτων. ἐν Ἄντρωνι γὰρ, ὥς φησι Φερεκράτης, μεγάλοι ὄνοι ἐγένοντο. Ἀχαρνικοὶ ὄνοι.] Ἐπὶ τῶν αὐτῶν.

27. Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί.

23. Vncis inclusum ex altero accessit. Alibi est: Νόμῳ καὶ χώρᾳ.

24. De Azanæa Arcadiæ regione legendus Stephanus Byzantius περὶ πόλεων.

25. Pro ὑβρίσαι in cod. Pantini ὑβρίσαι leg.

26. Ἀχάρνικοι ὄνοι.] Sic Apostolius, ἵπποι tamen legens: cùm anteà Ἄχαρνοι esset scriptũ, peccante bis librario, vocis, vt fit, affinitate.

27. Euripidis est in Medea, vt ad Zenobium notare memini.

γαί.] Ἐπὶ τῶν ἐναντίως γινομένων ἢ λεγομένων. οἷον, εἰ πόρνος τὴν σώφρονα λέγει πόρνον.

28. Ἀράβιος αὐλητής.] Ἐπὶ τῶν ἀεὶ λαλούντων. μετῆκται δὲ ἀπό τινος Ἀραβίου αὐλητοῦ, ὃς ηὔλει μὲν δραχμῆς, ἐπαύετο δὲ τεττάρων.

29. Ἀρκάδας μιμούμενος.] Ἐπὶ τῶν ἄλλως πονούντων. πολλὰ γὰρ οἱ Ἀρκάδες πολεμήσαντες, οὐδεμίαν νίκην ἰδίαν πώποτε ἔσχον.

30. Ἀρχὴ Σκυρία.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων. πετρώδης γὰρ ἡ Σκῦρος.

31. Αἴθης πέπλος.] Ὑπὲρ τῶν ὑπεκκαιόντων καὶ στάσεις ἐγειρόντων καὶ διαβολάς. Δηϊάνειρα γὰρ πέπλον πέμψασα Ἡρακλεῖ, τούτῳ διέφθειρεν αὐτόν.

32. Αἵμασι κλαίειν.] Κατ' ὑπερβολὴν, οὐ δακρύοις, ἀλλ' αἵματι κλαίειν.

33. Αἱροῦντες ᾑρήμεθα.] Ἐπὶ τῶν ἐλπισάντων τινὰς νικᾶν, εἶθ' ὑπ' ἐκείνων ἁλόντων.

34. Αἱ χάριτες γυμναί.] Ὅτι δεῖ ἀφειδῶς χαρίζεσθαι.

35. Αἱ Ἰβύκου γέρανοι.] Ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι κολασθέντων. Ἴβυκος γὰρ ὑπὸ τῶν λῃστῶν ἀναιρούμενος, καὶ γεράνους ἰδών, ἐμαρτύρατο. χρόνῳ δὲ οἱ λῃσταὶ θεώμενοι ἐν θεάτρῳ γεράνους ὑπερπταμένους, Αἱ Ἰβύκου γέρανοι, ἔλεγον. εἶτα ἁλόντες καὶ ἀνακριθέντες, ἐκολάσθησαν.

runtur fontes.] De iis quæ contrà aut fiunt, aut dicuntur, quàm oportet. Exempli gratia, si mœchus castum, scortum nominet.

28. Arabius tibicen.] In assiduè garrientes. Sumtum ab Arabio quodam tibicine, qui drachma quidem canebat, quattuor verò tacebat.

29. Arcadas imitans.] De iis qui vanè & frustrà laborant. Sæpè enim belligerantes Arcades, victoriam numquam propriam reportarunt.

30. Scyrium imperium.] De re tenui, nihilque bonæ frugis habente. Scyros enim petricosa.

31. Ardeas tunica.] De iis qui incendunt, seditionesque ac calumnias excitant. Deianira enim vestem Herculi mittens, eâdem ipsum interfecit.

32. Sanguine flere.] Per excessum dicitur, non lacrymis, sed sanguine flere.

33. Captantes capti sumus.] In eos qui se victores aliorum fore sperantes, in eorum mox potestaté venerunt.

34. Nudæ Gratiæ.] Oportere liberaliter dona conferre.

35. Ibyci grues.] De iis qui præter opinionem pœnas luunt delictorũ. Ibycus enim à grassatoribus iugulãdus, grues superuolantes videns testes appellauit. Temporis hinc ductu latrones in theatro grues volantes conspicati: *En*, inquiunt, *Ibyci grues*. ita capti, cædisque rei capite pœnas dederunt.

36. Qui

30. Τελῶν est in Pantiniano, pro quo Palatinus εὐτελῶν. Et mox 31. est ἐπὶ τῶν ὑπεκκαιόντων.

36. Qui prenditis iidem edite testudines.] In eos qui temerè aliquid aggressi, aliorum mox implorant auxilium. Piscatores enim capta testudine, inter se partiti sunt: ac Mercurium fortè accedentem inuitarunt, quibus eo ille modo respondit.

37. Littori loqueris.] De iis qui non audiunt vel auscultant.

38. Tranquillum remis fatigare aëra.] In eos qui frustrà laborant.

39. Orci galea.] In eos qui se machina quadam atque arte occultant. Talis enim Plutonis galea, qua tectus Perseus Gorgoni caput abstulit.

40. Nondũ enixa capra est, dum ludit in ædibus hœdus.] De iis qui nondum nati, perfectique sunt, & tamen eadem præstare volunt, quæ perfecti iam solent, vel adulti.

41. Aiacis risus.] De immodicè cachinnantibus.

42. Aphyarum honos.] In eos qui ob minuta apud alios honorantur.

43. Illotis manibus.] In eos qui profanis sacra manibus contrectant.

44. Cane quæ Tellen.] De dicaculis. Tellen enim aulœdus fuit, qui lusus, sed elegantes reliquit.

45. Æthiopem lauas.] Nota res est. Similia, *Ollã variè pingis: Vtrem vellis.*

46. Æsopius sanguis.] In eos qui in dedecora non facilè eluenda inciderunt. Delphis enim iratus Deus fuit, quòd Æsopum per nefas sustulissent.

36. Αὐτοὶ χελώνας ἐσθίετε, οἵπερ εἵλετε.] Ἐπὶ τῶν ἐξ ἀβουλίας τι πραττόντων, εἶτα βοηθείας δεομένων. ἁλιεῖς γὰρ χελώνην ἀνασπάσαντες, ἐμέριζον· τὸν δὲ Ἑρμῆν παριόντα ἐπὶ τὴν ἑστίασιν ἐκάλουν· ὁ δὲ τοῦτο ἐφθέγξατο.

37. Αἰγιαλῷ λαλεῖς.] Ἐπὶ τῶν ἀνηκοούντων.

38. Αἰθέρα νήνεμον αἱρήσεις.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

39. Ἄϊδος κυνῆ.] Ἐπὶ τῶν κρυπτόντων ἑαυτοὺς, διά τινος μηχανῆς. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Ἄϊδος κυνῆ, ἣν Περσεὺς χρησάμενος τὴν Γοργὼ ἐδειροτόμησεν.

40. Αἲξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώματα παίζει.] Ἐπὶ τῶν οὔπω τεχθέντων, ἢ γεγονότων, ἀλλ' ἀτελῶν ὄντων, καὶ τὰ τῶν τελείων θελόντων ποιεῖν.

41. Αἰάντειος γέλως.] Ἐπὶ τῶν παραφρόνως γελώντων.

42. Ἀφύων τιμή.] Ἐπὶ τῶν ἐν μικροῖς παρ' ἄλλων τιμωμένων.

43. Ἀνίπτοις χερσίν.] Ἐπὶ τῶν βεβήλοις χερσὶ τοῖς ἱεροῖς ἐγχειρούντων.

44. Ἄειδε τὰ Τέλληνος.] Ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν· Τέλλην γὰρ αὐλητὴς ἐγένετο· ὃς παίγνια κατέλιπε χάριν ἔχοντα.

45. Αἰθίοπα σμήχεις.] Δῆλον τὸ τοιοῦτον. ὅμοια, Χύτραν ποικίλλεις, Ἀσκὸν τίλλεις.

46. Αἰσώπειον αἷμα.] Ἐπὶ τῶν δυσαπονίπτοις ὀνείδεσιν ἐνεχομένων· ἐπειδὴ τοῖς Δελφοῖς ἀδίκως ἀνελοῦσι τὸν Αἴσωπον, ὠργίσθη ὁ θεός.

47. Αἰγιεῖς

45. Pro ἀὸν τίλλεις reposui ἀσκόν. & Ad. 46. pro δυσαπονίπτοις Suid. præfert δυσαπορρίπτοις.

54. Ἐπὶ

26. Habet totidem pænè verbis Mich. Apoſtolius, typis editus, & calamo exaratus: & *Beſas* nomen eſt proprium, ſed hominis ignoti.

27. Diogenianus ἀντὶ τοῦ βαυλίζειν pro *balbutire*, ex Herodoto, lib. IV. c. 155. & Cic. libro VI. ad Atticum aliter paullò vſurpat: ad quem locum vt & de ἰσχνοφωνία, diſputat Deſiderius Adag. 76. Cent. VII. Chil. III. Βαττολογία ab eodem deriuata vox, ac vitium hæſitantis, exilis, ac blæſæ linguæ. Heſychius locis duobus, Etymologiſta, & Suidas à Batto vocem deriuant. Quæ ſequuntur τιμὰς δεισκόντων, niſi δυρίσκοντος legas, mutila ſunt, & alterius ſunt potiùs Parœmiæ, mireque deprauata. Reponenda fortè ex Heſychio Βάττου σίλφιον. παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς ὑπερβαλλούσας τιμὰς δεισκομένων (vel vt hîc legitur δεισκόντων.) Μετενήνεκται ἀπὸ τοῦ τείχους (fortè ἔθνους) Κυρηναίου (malè Heſychius ἀπὸ τοῦ Κυρηναίου) ἑνὶ τῶν Βαττιαδῶν μεταδοῦναι ἐξαίρετον τὸ σίλφιον. Claro ſenſu, quē etiam paucis mutatis in Apoſtolio & Suida reperias, niſi quòd editum in Apoſtolio eſt vnico τ, ἑνὶ τῷ Βάτων: & in Baſil. Heruagij editione anni XXXVIII. in Adag. Βάττου σίλφιον. ἀπὸ τῶν ακαίων

28. Vita subacta.] In aptè & non laboriosè nutritos. Effertur quoque, *Vita molita*, de iis qui feliciter agere videtur.

29. Duas Achilles tesseras & quattuor iecit.] Euripidis est: & teste Aristoxeno, corrigens Telephum Euripides, talarem ludum sustulit. Dicitur de mysticis, quæ verbis quidem aperta, sensus tamen habent occultos.

30. Abi in malam rem.] In pœna dignos iactatum.

Γ.

31. NVMQVAM seni quidquam viro præstes boni.] Hortatur Prouerbium ne seni importunè facias benignè.

32. Noctuæ Lauriotica.] In opu-

28. Βίος μεμαγμένος.] Ἐπὶ τῶν ἐξ ἑτοίμου καὶ ἀπόνως τρεφομένων. Λέγεται καὶ, Βίος ἀληλεσμένος· καὶ τίθεται ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐμφαινόντων.

29. Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.] Τοῦτο Εὐριπίδου ἐστὶν, ὡς Ἀριστόξενός φησι, ὅτι Εὐριπίδης διορθῶν τὸν Τήλεφον ἐξεῖλε τὴν πεττείαν. λέγεται ἐπὶ τῶν ἀδιανοήτων.

30. Βάλλ' ἐς φθόρον.] Ἐπὶ τῶν ὀλέθρου ἀξίων.

Γ.

31. ΓΕΡΟΝΤΙ μηδὲν μηδέποτε χρηστὸν ποιεῖ.] Παραινεῖ μὴ δεῖ ἀκαίρως εὐεργετεῖν.

32. Γλαῦκες Λαυρεωτικαί.] Ἐπὶ τῶν πολλὰ

σπανίως τι μεταλαμβανόντων. emendo, ἐπὶ τῶν σπανίοις τιμὰς λαμβανόντων. & mox traiecta suo colloco ordine: καὶ τὸ νόμισμα ἐπὶ μὲν θατέρου Ἄμμωνα, ἐπὶ δὲ θατέρου σίλφιον ἐτύπωσαν. εἰ δὲ ἐπὶ Λιβύης, &c. Rectiùs verò Suidas, opinor, Βάττων geminata ταῦ littera præfert. Ita enim Libyes Reges suos appellare solitos tradit Herodotus libro IV. apud quem aliud genus hominum Battiadæ sunt.

28. Hæc quoque duo coniunxit Suidas, sed explanat aliter paullò: additque continenter tertium βίον ἐξηυλημένον, *Extibiatam vitam*, pro inutili, ducta à detritis tibiis tralatione.

29. Hiatum expleui addita voce τὴν πεττείαν è Zenobio Centuria II. Adag. 85. qui legit καὶ Ἀριστόξενος. Aristophanes autem Comicus ἐν βατράχοις pag. 277. nuperæ editionis, in ore Bacchi collocat, vt Euripideum; cui tamen falsò attribui auctor sit grauis censor Aristarchus. Sic enim enarrator Græcus: Ἀρίσταρχός φησιν ἀδιαπόρως τοῦτο φέρεσθαι ὡς Εὐριπίδου πεποιηκότος κυβεύοντας ἐν τῷ Τηλέφῳ, οὓς καὶ ἀφεῖλε. Euripides quoque in Supplicibus de Cadmo:

Adhuc ipsum alios iactus per cubos iacturũ spero. Simile fortasse de talis Prouerbium Zenobij Centur. IV. Adag. 23. Suideque & Diogeniani: *Aut ter sex, aut tres tali.* De quo & Eustathius in Hom. Iliad. π.

30. Talia sunt illa imprecantium: Βάλλ' εἰς κόρακας: *Abi ad coruos.* & κατ' εὐφημισμὸν, Βάλλ' εἰς μακαρίαν: *Aufer te in beatam*, pro in malã rẽ.

31. Ἀκρίτως, *sine delectu & iudicio*, hîc in Suida est, pro quo noster ἀκαίρως. Aristoteles quoque vulgi dicto iactatum affirmat li. II. Rhetor. ad Theodectem. Ampliùs verò Diogenianus hoc Prouerbium extulit: *Ne quis feminæ, puero, cani alterius & garrulo faciat benè.* Senibus quidẽ & pueris, fortè quod citò obliuiscãtur beneficiorum. Hinc etiam L. Seneca lib. III. de Benef. cap. XXXIV. colligit hinc fieri, quòd ingratos experiantur discipulos magistri, quòd pueritiæ memoriam rarò recordentur vltimam; ideoq; officia illi ætati præstita intercidere.

32. Affine illi: *Noctuas Athenas.* Hoc vtitur in Auibus Aristophanes:

Γλαῦκες ὑμᾶς οὔποτ' ἐπιλείψουσι Λαυρειωτικαί.
Noctua vos non relinquunt Lauriotica.

33. Exem-

πολλὰ χρήματα ἐχόντων. παρόσον ἐν Λαυρίῳ τῆς Ἀττικῆς ἦσαν χρύσεια μέταλλα. ἐπεχάραττον δὲ γλαῦκας ἐν τοῖς χρυσοῖς νομίσμασιν.

33. Γυναικῶν ὄλεθρος.] Ἐπὶ τῶν οἰκτρῶς ἀναιρουμένων. πολλοὶ γὰρ ὑπὸ γυναικῶν ἀπώλοντο.

34. Γυνὴ εἰς Ἡρακλέους οὐ φοιτᾷ.] Πρὸς τοὺς ἀναξίους τῶν πράξεων. παρόσον Ἡρακλῆς ἐδούλευσεν Ὀμφάλῃ.

35. Γαλῆ Ταρτησία.] Νῆσός ἐστιν ἡ Ταρτησὸς ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, ἧς Ἀργανθώνιος ἐβασίλευσεν. ὡς οὖν ἐκεῖ μεγάλων γινομένων γαλῶν, λέγεται ἡ παροιμία.

36 Γλαῦξ ἐν πόλει.] Ὑπ' ἄλλοις ἀνετέθη, Γλαῦξ ἐν ἀκροπόλει.

37. Γνῶθι σαυτόν.] Ἐπὶ τῶν ὑπὲρ δύναμιν κομπαζόντων. ἔστι δὲ ἀπόφθεγμα τῶν ἑπτὰ φιλοσόφων, ἤτοι Σόλωνος ἢ Θαλοῦ.

38. Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ νόμισμα παραχάραξον.] Παραγγέλματα Πυθικὰ, τουτέστι, τῆς τῶν πολλῶν δόξης ὑπερ-

lentos, multaque possidentes. In Laurio enim Atticæ auri venæ erant. Noctuis autem aurei signabantur nummi.

33. Feminarum pernicies.] In miserè pereuntes dictum. Mulierum enim culpa multi perierunt.

34. Mulier Herculis non intrat fanum.] In eos qui indignè res gerunt: propterea quòd Omphalæ seruierit Hercules.

35. Felis Tartesia.] Tartesus insula est extra Herculis columnas, in qua Arganthonius regnauit. Dictum autem Prouerbium, quòd ingentes ibi feles seu mustelæ.

36. Noctua in vrbe.] Effertur ab aliis: *Noctua in arce.*

37. Nosce teipsum.] In eos qui supra vires se iactant. Septem est Græciæ Sapientum scitè dictum, siue Solonis siue Thaletis.

38. Nosce teipsum, & monetam adultera.] Apollinis est Pythij præceptum, vulgi opinionem contemni iubentis:

---

33. Exempla plurima femineæ calamitatis passim suppeditant Historici ac Poëtę. multaque hîc Desiderius colligit Adagio, *Mulierum exitia.* Horat lib. I. Sat. III. *Nam fuit ante Helenam,* &c. Suidæ, *Mulier pestis.*

34. Citatur à Suida. De aliis duobus etiam apud Alexidem titulus Comœdiæ, Γυναικοκρατία. & Maro eôdem respexit:

——— *dux femina facti.*

Suidas: *Mulier exercitum ducit.* quod de re dicitur inopinata.

35. Νῆσος.] Suidas totidem pænè verbis, sed πόλις habet. De Tartesio Strabo, & nos ad Pomponium Melam, & Ant. Augustinus Dial. VIII. Antiqq. Numismatum.

37. Γνῶθι σαυτὸν è cælo descendisse Iuuenalis Sat. XI. versu 27. canit, & Cic. libro de Legibus, ac Varronianæ apud Nonium Satyræ hinc sumpta inscriptio. Pro Solone (etsi & hic vnus sit septem Græciæ Sapientum) Chilonem id vsurpasse Laërtius ait: & Thaletem interrogatum, quid esset difficile, respondisse, *Se nosse.*

38. Suidas totidem verbis. De moneta adulterina αἰνιγματῶδες videatur, pro vulgi more repudiando: quòd in Symbolis Pythagoras publica neget gradiendum via.

bentis: & veritatem potiùs esse quàm consuetudinem popularem sequendam.

39. Anus hœdus.] Sic dicta, quòd virgo consenuisset. Quidam verò ab agresti locusta, quæ & Mantis dicta, deriuant, quæ in Sicilia Γραῦς ἔριφος appellata.

40. Gerræ plaustrales.] Siculi Gerras vocabant virorum mulierumq; pudenda. Erat autem in Siciliæ littore fanum Veneris, vbi talia dedicata.

41. Feli adeps.] In eos qui grata quæque capiunt.

42. Gallos castrare.] In eos qui inconsideratè vacationem à rebus suis efficere conantur. Galli enim dicti olim qui exsecti, vel à Gallo flumine, vel quia aliam induunt naturam.

43. Lac gallinarum.] De re inuentu rara.

44. Senescit bos, operis verò multum est boui.] Dictum de senio inutilibus.

45. Risus Ionicus.] In vanos ac molles. Tales enim habiti sunt Iones. Dicitur & *Chius risus*, [de iis qui pridem non deliquerunt.

ὅρα, καὶ παραχάραττε μὴ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸ νόμισμα.

39. Γραῦς ἔριφος.] Ἔριφος γραῦς, ἡ ἐν παρθενίᾳ γεγηρακυῖα. οἱ δὲ τὴν ἀγυραίαν ἀκρίδα φασὶ ὑπό τινων μάντιν καλουμένην· κατὰ Σικελίαν δὲ Γραῦν ἔριφον, ἢ Γραιῶν ἐρίφων.

40. Γέῤῥ' ἁμαξιαῖα.] Γέῤῥα Σικελοὶ λέγουσι τὰ ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα αἰδοῖα. ἦν δὲ ἐν Σικελικῇ Μάξῳ τέμενος ἐπιθαλάσσιον Ἀφροδίτης, ἐν ᾧ μεγάλα αἰδοῖα ἀνέκειτο.

41. Γαλῆ στέαρ.] Πρὸς τοὺς οἷς χαίρουσι ταῦτα λαμβάνοντας.

42. Γαλλοὺς τεμεῖν.] Ἐπὶ τῶν ἀφροντίστως ἀπαλλαγὴν πραγμάτων ποιήσασθαι βουλομένων. Γάλλοι γὰρ καλοῦνται οἱ ἀποτετμημένοι, ἢ ἀπὸ Γάλλου τοῦ ποταμοῦ, ἢ ὅτι μεταπεπτώκασιν εἰς ἑτέραν φύσιν.

43. Γάλα ὀρνίθων.] Ἐπὶ τῶν σπανίων.

44. Γηρᾷ βοῦς, τὰ δὲ ἔργα πολλὰ τῷ βοΐ.] Ἐπὶ τῶν διὰ τὸ γῆρας ἀχρήστων.

45. Γέλως Ἰωνικός.] Ἐπὶ τῶν κενοδόξων, καὶ ἐκλελυμένων. παρόσον οἱ Ἴωνες ἐπὶ τούτοις διεβάλλοντο. γράφεται καὶ, Γέλως Χῖος, [* ἐπὶ τῶν διὰ χρόνου πλῆθος οὐχ ἁμαρτανόντων.]

46. Risus

39. Anus hœdus.] Suidas eiusque interpres Germanus *Seripha* præferunt, non ab ἐρίφῳ hœdo: vt alio Prouerbio domi ludere hœdus dicitur pro iuuenca. nam à Seripho insula Seriphia est rana muta deriuata. Clariùs autem Suidas, metaphoram esse dixit ab agresti traductam locusta, quæ & *μάντις vates* sit dicta Siculis.

40. Quid *Maxia* adhuc quæro. *Gerras Siculas* etiam Ausonius celebrat & Plautus.

42. Galli sacerdotes Cybeles Deæ, exsecti Samia testa. pleni sunt libri.

43. De lacte gallinaceo Suidas, aliter etiam de valdè fortunatis & omnia possidentibus dictum ait, allato Aristophanis ex Auibus loco.

45. Ἐπὶ τῶν διὰ χρόνου πλῆθος οὐχ ἁμαρτανόντων.] Vt assuta neque huc pertinentia asterisco notaui, & aliò traiicienda in suum locum.

46. Ἐπὶ

46. Γέλως Μεγαρικός.] Ἐπὶ τῶν ἀώρως θρυπτομένων. ἤκμασε γὰρ ἐπὶ ἀώρως χρόνου ἡ Μεγαρικὴ κωμῳδία ἀώρως, ἣν Ἀθηναῖοι καταμωκώμενοι ἐγέλων.

47. Γέροντες εἰς Ἄχυρον ἀποδεδρακότες.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς ἀσφαλιζομένων. τοῦ γὰρ Πέρσου κατιόντος, εἰς Ἄχυρόν τινα τόπον τοὺς γέροντας οἱ Ἀθηναῖοι κατέστησαν. οἱ δὲ παρεφθάρθαι φησὶ παροιμίαν ἀπὸ τοῦ, Ὄνος εἰς ἄχυρα, ἐπὶ τοῦ ἑκάστῳ χρηστοῦ καὶ ἡδέος λεγομένης.

48. Γλαῦξ διέπτατο.] Ἐπὶ τῶν αἰσίοις χρωμένων οἰωνοῖς. ἐν Σαλαμῖνι γὰρ ταύτης διελθούσης, θαῤῥήσαντες οἱ Ἕλληνες ἐνίκησαν.

49. Γλῶσσα ποῦ πορεύεις;] Ἐπὶ τῶν δυναμένων σωφρονίζειν τοὺς πέλας.

50. Γλώττης ἔνεστι καὶ παρ' αὐληταῖς ψόφος.] Ὅτι οἱ τυχόντες εἰπεῖν τι καὶ πρᾶξαι δύνανται.

51. Γυπὸς σκιάν.] Ἐπὶ τῶν μηδενὸς λόγου ἀξίων.

52. Γεραιᾶς ἐρείκης ἅψαι τὸ πῦρ.] Ἐπὶ τῶν ἀχρήστων καὶ ὀξέως γινομένων. ἐρίκη γὰρ φυτὸν ἄγριον, ὃ γινόμενον αὖον ῥαδίως ἐξάπτεται.

46. Risus Megaricus.] De intempestiuè delicias agentibus. Viguit enim quodam tempore Megarensis Comœdia, quam subsannantes Athenienses irriserunt.

47. Senes in Achyron secedentes.] De iis qui in tuto sese collocant. Xerxe enim Græciam cum exercitu inuadéte, Athenienses in locum Achyron dictum seniores transtulerunt. Deductum putat nonnemo Adagium ab illo, *Asinus in paleas*: quod dicitur de re cuique grata & commoda.

48. Noctua volauit.] De iis qui secundis vtuntur auspiciis. Hac enim aue in Salamine præteruolante, Græci fiducia concepta victores euaserunt.

49. Lingua quò vadis?] De iis qui reddere sapientem socium possunt.

50. Linguæ quoque ipsos inter aulœdos sonus.] Quòd quilibet dicere & facere quidpiam possint.

51. Vulturis vmbram.] De nullius pretij rebus.

52. Veterem ericam ignis contingens.] De re inutili & citò parabili. Erica enim planta est agrestis, quæ sicca reddita facilè incenditur.

53. Nu-

46. Ἐπὶ χρόνου.] Deesse videtur nomen; cuius floruit temporibus loco ἀώρως, quod hîc malè geminatum. Suidas ἄωρος habet, & hæc Græcè continet, etsi omissa à Germano interprete.

48. Suidas sic: *Noctuæ volatus victoriæ signum est*. Plutarch. in Pericle de noctua, quæ concionanti aduolauit, vt assensum inde sit.

49. Prouerbium deprauatè scriptum: Γλῶσσα γὰρ οἰκεῖ ὅπου σκούρεις. Tentaueram aliquando, οἱ κουρεῖς. De tonsoribus id experimento est exploratum, cùm ibi garruli frequentes, & Plut. lib. περὶ ἀδολεσχίας: vbi & κουρεῖα vocat ἄοινα συμπόσια, *sine temeto compotationes*. Nunc placet magis quod reposui, estque in Diogeniano Cent. III. Adag. 9. item in Zenobio & Suida.

54. Sui-

53. Nudus vt è matrice.] De inope, nihilque habente.

54. Rete inflas.] De frustrà quid conantibus.

55. Dulcis cubitus.] Dictum per repugnantiam, pro graui ac molesto.

56. Nudior Ialemo.] Luctus hoc est Aduerbium vsurpatum in re misera.

57. Vultur coruum sibi despondet.] De mali societatem ineuntibus.

53. Γυμνὸς ὡς ἐκ μήτρας.] Ἐπὶ τῶν ἀπόρων καὶ παντελῶς μηδὲν ἐχόντων.

54. Γύργαθον φυσᾷς.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

55. Γλυκὺς ἀγκών.] Κατ' ἀντίφρασιν, ἀντὶ τοῦ δυσχερής.

56. Γυμνότερος Ἰαλέμου.] Ἐπίρρημα θρηνώδους, τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν οἰκτρῶν.

57. Γὺψ κόρακα ἐγγυᾶται.] Ἐπὶ τῶν ὁμονοούντων κακίᾳ.

D.

58. IVSTITIA iustior.] De valdè iustis dictum est exsuperantia quadam.

59. Delphius vsque sitit, cùm gestit fronte coronam.] Hi etenim, vt Apollini sacri, coronati sunt, à necessariarum tamen rerum indigentia non liberantur.

Δ.

58. ΔΙΚΗΣ δικαιότερος.] Καθ' ὑπερβολὴν ἐπὶ τοῦ σφόδρα δικαίου.

59. Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχει, δίψει δ' ἀπόλωλεν.] Ἐπεὶ οὗτοι διὰ τὸ ἱερᾶσθαι τῷ θεῷ ἐστεφανωμένοι περιίασιν, τῶν δὲ ἐπιτηδείων ἀπορουῦντες οὐκ ἀπαλλάττουσιν.

E.

60. EMBARVS sum.] De desipientibus atque insanientibus.

E.

60. ΕΜΒΑΡΟΣ εἰμι.] Ἐπὶ τῶν παραπαιόντων, καὶ μεμηνότων.

λιμοῦ

---

54. Suidæ interpres non rectè *Gurgethum inspiras.* additque Græcus homo lectum etiam esse, quo dæmoniaci & paralytici iacentes excrucientur.

55. Contrà sentit Suidas in Collectaneis, non per ἀντίφρασιν, vt hic ait efferri, sed quasi dicas: O *suaues mores!* idque Platonis Comici in Phaone auctoritate, vt in Græco quidem auctore, non in Germano legas interprete, qui omisit multa, plura inuertit. Atque vtinam emendatior exiret thesaurus ille Suidæ, olim ab Hadr. Iunio, nuper etiam ab Æmilio Porto promissus, næ ille nobis labor in densis hisce tenebris facem præferret aliquam.

59. Totidem Suidas verbis, nisi quòd hîc rectiùs ἀπόλωλεν, quàm ibi ἀπόλλυται.

60. Comparanda & hæc cũ Suidæ Collectaneis, qui plura initio de Piræeo quondam insula, in cuius loco editissimo fanum Dianæ Munychiæ, à Munychio conditum appellatũque. Occisâ autẽ inibi vrsâ, famis hinc labes exstitit. Hinc etiam ἱεροσύνην hîc reponendum censeo, pro δικαιοσύνην: quod mendum natum haud dubiè librarij imperiti mala manu, compendia litterarum ignoran-

λιμοῦ γάρ ποτε κατασχόντος τοὺς Ἀθηναίους, προεῖπεν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἔσεσθαι τούτου λύσιν, εἰ ἐπιδοίη τις εἰς σφαγὴν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα τῇ Μουνυχίᾳ Ἀρτέμιδι. ὁ Ἔμβαρος τοίνυν εἰς ἀμοιβὴν τὴν ἱερωσύνην τῆς θεοῦ ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἐγγόνοις αἰτήσας, ὑπέσχετο δώσειν τὴν θυγατέρα. ψηφιζομένων δὲ τῶν Ἀθηναίων τοῦτο, αἶγα ἀντὶ τῆς θυγατρὸς κοσμήσας, εἰς θυσίαν ταύτην τῷ βωμῷ προσήγαγεν. ἐχρήσαντο οὖν τῇ παροιμίᾳ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τῶν παραπαιόντων.

61. Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις.] Ἐπὶ τῶν ὑπνηλῶν. Ἐνδυμίωνος γάρ τινος παιδὸς ὁ ὕπνος ἐρασθεὶς, ὥς φασι Κᾶρες, ἔτι καὶ νῦν αὐτὸ λέγεται κατέχειν.

62. Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις.] Βαρβάρων τινῶν στρατευομένων ἐπὶ Δελφοὺς, ἐρωτώμενος ὁ θεὸς ταῦτα ἔφη. ὕστερον δὲ ἐφάνη μετ' Ἀθηνᾶς καὶ Ἀρτέμιδος.

63. Ἑορτὴ πολλὰ ἔχουσα.] Ἐπὶ τῶν πολλὰ ἀνατιθεμένων φορτία. ἐπειδὴ οἱ πρὸς τὰς ἑορτὰς ἐπαγόμενοι φορτία πολλὰ ἐπιφέρονται.

64. Ἔσχατος Μυσῶν.] Μέμνηται ταύτης Μένανδρος. φησὶ γὰρ ὅτι Τήλεφος

Fame enim Athenas depopulante prædixit oraculum, finem mali fore, si quis Dianæ Munychiæ filiam immolasset. Embarus itaque sacerdotium Deæ sibi posterisque stipulatus, oblaturum se filiam promisit. Facto hac de re ab Atheniensibus decreto, capram pro filia solenni ritu offerens, victimam hanc aræ intulit. Prouerbium exinde Athenis de insanis delirisque dici cœptum.

61. Endymionis somnum dormis.] In somnolentos dictum. Endymionis enim pueri amore captus Somnus, vt Cares referunt, illum etiamnum creditur occupare.

62. Mihi curæ erit, albísque virginibus.] Cùm Barbari Delphos irent oppugnatum, consultus Apollo hæc reddidit. Pòst apparuit vnà cum Pallade & Diana.

63. Festum multa complectitur.] De sarcina onustis dictum. Qui enim ad festa properant, multam supellectilem secum portant.

64. Mysorum vltimus.] Meminit huius Menander. Telephum enim refert

norantis. Sic enim Suidas: Ἔμβαρος ἦν μόνος ὑποσχόμενος, ἐπὶ τῷ τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ τὸ γένος διὰ βίου ἔχειν, διακοσμήσας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα ἔθυσεν. *Solus Embarus parto sibi, dum viueret, familiæque suæ sacerdotio, Deæ filiam suam exornatam immolauit.*

61. Suidas eadem, qui & ἔτι καθεύδειν, pro quo hîc κατέχειν.

62. Καὶ Ἀρτέμιδος.] Mutila hæc & truncata: integrè verò, quem sæpè laudo, Suidas, ad hunc modum: Ὕστερον δὲ ἐφάνη μετ' Ἀθηνᾶς καὶ Ἀρτέμιδος, ὧν καὶ ἱερά εἰσιν ἐν Δελφοῖς, ἀπαντῶν τοὺς πολεμίους: *Post eum Diana & Minerua (quarum etiam Delphis templa sunt) visus est in hostes irruere.*

64. Aliter paullò Suidas, Telephum sciscitantem, quo loco parentes reperturus esset, hoc tulisse responsum: vel, vt alij referunt, pestilentia laborantibus Græcis hoc datum responsum.

refert occisis iam matris fratribus, Pythiam consuluisse, quò se gentium conferre oporteret. Responsum autem datum, ad extremam vsque Mysorum terram. In Teuthraniam itaque cùm venisset, quæ in extrema est Mysia, ibi regno potitum. Hinc ductũ Prouerbium de iis quibus durè imperatur.

65. Omnia Nicostrati more peragam.] Tragœdiarum hic actor fuit, qui optimè pronuntiare est visus.

66. In Ceo ecquis dies?] De rebus ignoratis dictum. Nemo enim in Ceo insula quis dies sit nouit, diebus nõ constitutis, sed vt cuique libitum est. Simile illud: *Tibi ipsi indicis nouilunium.*

67. Vaticinatus est in specu Trophonij.] In tetricos, risuq; omnino abstinentes iactatũ. Trophonij enim antrũ qui subiissent, risus expertes per omnẽ degebant vitam. Hic autẽ Trophonius metu Ægoi, quòd Agapidis fratris sui caput resectũ haberet, hiatu, vt optarat, terrę absorptus est: quod posteà oraculũ factum, seu locus vbi responsa darentur.

68. Frustrà Herculi.] De non sine reprehensione rem perficientibus.

κτείνας τοὺς τῆς μητρὸς ἀδελφούς, ἐπύθετο τῆς Πυθίας, ποῖ δεῖ σταλῆναι. τὴν δὲ εἰπεῖν, πρὸς ἐσχάτην Μυσῶν. ἐλθὼν οὖν εἰς Τευθρανίαν τῆς Μυσίας ἐσχάτην, ἐβασίλευσεν. ἀφ' οὗ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δυσχερῶς ἐπιταττομένων.

65. Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον.] Ὁ Νικόστρατος τραγικὸς ὑποκριτής, δοκῶν καλλίστως εἰρηκέναι.

66. Ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα;] Ἐπὶ τῶν ἀγνώστων. οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἐν Κέῳ τίς ἡ ἡμέρα, ὅτι οὐχ ἑστᾶσιν αἱ ἡμέραι, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι θέλουσιν. ὅθεν λέγεται, Σαπωνουμηνίαν κηρύασεις.

67. Εἰς Τροφωνίου μεμάντευται.] Ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ἀγελάστων. Οἱ γὰρ εἰς Τροφωνίου κατιόντες, ἀγέλαστον τὸν ἑξῆς διετέλουν χρόνον. ὁ δὲ Τροφώνιος οὗτος φόβῳ τοῦ Αἰγώου διὰ τὸ τὴν κεφαλὴν Ἀγαπίδους τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἔχειν, δεξάμενος, εἰς χάσμα ἐνέπεσεν· ὃ δὴ μαντεῖον ὕστερον γεγένηται.

68. Εἰκῇ τῷ Ἡρακλεῖ.] Ἐπὶ τῶν ἀσυκοφαντήτως τὰ πράγματα ἐπιτελούντων.

---

66. *Σαλαπονουμηνίαν κηρύσσεις.*] Ita scriptus cod. Vatican. Quid si *σαυτῷ νουμηνίαν* reponas? *Tibi ipsi nouilunium indicis*: nempe pro placito dies & tempora ordinas, constituisque.

67. De antro *Trophonij* multi multa stupenda referunt. Parœmiographi quidem Zenobius, Suidas, & Apostolius, item Aristophanis Græcus interpres, Lucianus *ἐν νεκρικοῖς*, Plutarchus De dæmonio Socratis. De Latinis M. Tullius I II. De natura Deorum, & Tuscul. I. Denique Chiliastes Erasm. partim diuersa, partim gemina, quę non describo, digitum, quod aiunt, ad fontes intendisse contentus. Verùm hi *Augæum* & *Agemidem* pleriq; nominant. Equidem religiosè, vt debui, codicis hîc Vaticani fidem retinui. Et verò in fabulis quis aut rei gestæ consensum, aut in nominibus constantiam morosè requirat, nisi si fabulas esse perneget?

68. Fortè hîc exaudiendum *τὴν διαβολὴν συσκευάσοις*, *calumniam struas*. Certè Prouerbij explicatio tale quid exigit.

69. Inte-

λωπυτῶν. ἐπειδὴ ὁ Ἡρακλῆς, ἦγε καὶ ἔφερε τὰ ἀλλότρια.

69. Ἐκ παντὸς ξύλου.] Κατ' ἔλλειψιν αὕτη λέγεται. τάττεται ἐπὶ μὲν τῶν τὸ εἶδος εὐκαταφρονήτων, εἰς δὲ χρείαν ἀναγκαίαν πιπτόντων.

70. Ἐπὶ σπείρας σχοινίον.] Ἐπὶ τῶν αὐτοῖς πλεοναζόντων εἴρηται. ἐπεὶ γὰρ αἱ σπεῖραι ἐκ τῆς γῆς σύγκεινται, ἐξ ἧς καὶ τὰ σχοινία· ὡς καὶ τὸν λόγον εἶναι τοιοῦτον ἐνδιατρίβειν τοῖς αὐτοῖς. σπεῖραι δὲ αἱ συστροφαὶ τοῦ σχοινίου.

71. Ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθαιρεῖς.] Ἀσκληπιάδης φησὶ τὰς Θετταλὰς ἐκμαθούσας τὰς τῆς σελήνης κινήσεις προεπαγγέλλειν, ὡς ὑπ' αὐτῶν μέλλοι κατάγεσθαι· τοῦτο δὲ πράττειν οὐ χωρὶς τῆς αὐτῶν κακώσεως, ἢ γὰρ καταθύειν τῶν τέκνων, ἢ τοῦ ἑτέρου τῶν ὀφθαλμῶν ἀπολύειν. λέγεται οὖν ἐπὶ τῶν κακὰ ποριζομένων.

72. Εἴ τις περὶ πόλιν;] Αἰγεῖς, λέγεται τοὺς ἀναιδῶς περιιόντας καὶ πλανωμένους ἔσκωπτον ταύτῃ τῇ παροιμίᾳ.

73. Εἰρὰς καὶ Χαρίμη.] Τούτων ἡ

Hercules enim aliena interdum per vim rapuit.

69. Ex quouis ligno.] Concisè dictum, vsurpatumque de iis rebus quæ in speciem contemnendę; vsu tamen accidunt necessariæ.

70. In spira funiculus.] De iis dictum Prouerbiũ, qui rebus occupantur iisdem: cùm spiræ è terra fiunt, è qua & funiculi: ita vt hoc verbi significet iisdem rebus immorari. Spiræ autem funiculi sunt conuolutiones.

71. In te Lunam deducis.] Asclepiades Thessalas ait mulieres edoctas Lunæ denũtiare vicissitudines, quasi ad se eam deducerent; quod non sine damno illarum fieret, quòd vel liberos suos incantarent, vel altero priuarentur oculo. Dicitur itaque Prouerbium in mala sibi accersentes.

72. Num quis ad vrbem?] Inuerecundè Ægienses, vt fertur, ambulantes, & oberrantes, Prouerbio hoc irridebant.

73. Eiras & Charime.] Vna capillo-

---

69. Integrum exstat Prouerbium in Apostolij editis quidem Parœmiis: Οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου κύφων ἂν γένοιτο: *Ex omni ligno catasta fiat*. Eademque, quæ hîc, ad verbum explanatio. At diuersum illud Adagium: Οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου Ἑρμῆς ἂν γένοιτο: *Non ex quouis fiat ligno Mercurius*. quod à Pythagora primùm profectum auctor est Apuleius Apolog. III. Athenæus lib. V. finitimum huic habet: ἐκ θύμβρας οὐδεὶς ἂν δύναιτο κατασκευάσαι λόγχην: *E thymbra hastam conficere nemo queat.*

71. Virgilius in Pharmaceutria:

Carmina vel cælo possunt deducere Lunam.

Iuuenalis Sat. VI. ver. 343.

Vna laboranti potuit succurrere Lunæ.

& Horatius in Odis, ac Sermonibus; & Adagia, *In tuum malum Lunam deduces*: &, *Lunam detrahere*. Scholiastes Apollonij legendus in lib. III. Argonauticõn de Aglaonice, quæ in eamdem Lunæ incidit calamitatem, & Astrologiæ perita est habita, vt hę Thessalicæ sagæ ex Asclepiade.

73. Has *Naeram* & *Charmionem* vocat Zenobius, qui de his Cleopatræ pedissequis, & nos ibidem ex Plutarch. in M. Antonij vita. Sed historici potiùs exempli quã Prouerbij præferre speciem acutè recteque

Erasmus

pillorum, vnguium altera reginæ Cleopatræ curam gessit. Quocirca multo honore sunt dignæ habitæ. Statuæ illis in Mausoleo sunt positæ.

74. Beneuolus interfector.] Dici id propriè de Oreste, matre interemta queat: itemque de Antigono rege, qui Semele iugulata, ingenti cura eius ossa matri remisit.

75. Tria dixeris ad Prætorium.] Licebat iis qui ad supplicium ducerentur cibo liberè potuque impleri, & tria quæ vellent dicere: posteà freno ore obthurato ad mortem rapiebantur. Quod enim nunc *ἀρχεῖον* *Prætorium* seu *Curia*, vnde rei ducebantur, vocatur, olim *αὐλὴ* dicta.

μὲν τὴν τρίχα, ἡ δὲ τῶν ὀνύχων ἐπεμελεῖτο Κλεοπάτρας τῆς βασιλίσσης· ἠξιώθησαν τούτου χάριν πολλῆς τιμῆς. ἀνδριάντες γὰρ αὐτῶν εἰς τὸ Μαυσώλειον ἀνετέθησαν.

74. Εὔνους ὁ σφάκτης.] Τοῦτο κυρίως δύναται λέγεσθαι ἐπὶ Ὀρέστου τὴν μητέρα κτείναντος. καὶ ἐπὶ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως, ὃς τὴν Σεμέλην φονεύσας, τὰ ὀστᾶ αὐτῆς μετὰ πολλῆς φροντίδος ἔπεμψε τῇ μητρί.

75. Εἴποις τὰ τρία παρὰ τῇ αὐλῇ.] Τοῖς ἐπὶ θάνατον ἀπαγομένοις μετὰ παρρησίας ἐξῆν τροφῆς καὶ οἴνου πληρωθεῖσι τρία λέγειν ἃ βούλοιντο, μεθ᾽ ἃ φιμωθέντες ἀπήγοντο πρὸς τὴν κόλασιν. τὸ δὲ νῦν ἀρχεῖον καλούμενον, αὐλὴ ἐκαλεῖτο, ὅπου ἀπήγοντο.

76. Ἐγκι-

Erasmus vidit: atque vtinam ipse alibi pari sagacitate *γνώμας* quoque ab Adagiis segregasset; certè meliùs operi suo, si M. Antonio Mureto in Variis est Lectionibus libro XII. cap. XVII. fides habenda, consultum iisset.

75. Etsi in Vatic. cod. scriptum *τὰ πάτρια*, Zenobij tamen ac Suidæ auctoritate *τὰ τρία* reposui, vt & infrà. Tametsi verò ad Zenobij Collectanea extrema Centur. III. notato etiam Des. Erasmi *σφάλματι*, quędam adnotasse memini, coronidis vice addam plura; quandoquidem commodùm ad nos submisit V. C. Marcus Velserus, Duumvir Augustanus, illustris iuxtà ac doctus, & litteratorum in primis amans, sigillum antiqui operis, hominis nudi, serui, vt apparet, stantis, ore camo obthurato: cuius hîc caput delineatum, veritatis eruendæ gratia, repræsentandum curauimus. Variæ autem (vt in antiquis rebus solet) doctorum hominum super hac re discrepantesq; sententię cùm exsistant; meam hîc quoque apponere quid vetat? Duo quidem hîc An-



tiquariorum exercere queant ingenia: aures nimirum Satyricæ, & os capistratum cum rimula; siue linguæ exerendæ, siue spiritui hauriendo. Recurrent quidam ad Symbolicam rationem: ori diligentem esse custodiam adhibendam, aures acuendas & arrigendas. Marsyæ videri iconem eruditum par fratrum Rubeniorum Antuerpiæ opinabatur: sed Marsyas, vt & Satyri plerumque barbati pingebantur; quod ex Appuleio, Floridorum initio, licet cognoscere; hic

hic imberbis est. Quidam *Sigalionem* & *Harpocratem* silentij Deos non eruditè admodum somnient. Non-nemo ἀμφωτίδας accipiat, auresque Satyrorum non capiti, sed loro seu capistro, aut certè laminæ existimet hærere. verùm Amphotidarum vinculis os obturari nondum equidem legi, & *Linguarium*, quod è Seneca lib. IV. De beneficiis, cap. XXXVI. posteriores huc trahent, id ego M. Ant. Mureti, & I. Lipsij nostri sensu longè meliùs accipio. Equidem, pace doctiorum, pœnam seruorum fuisse aio, & homicidarum camo obturari os. Reos quoque interdum ad supplicium raptos τὸ σπάρτιον ἐπὶ τῷ σόματι ἔχοντας, obseruaui. Illud quidem ex Aristophanis Nebulis adstruens; hoc verò è Chrysostomo, (Comici illius, vt creditur, diligentissimo anagnoste:) vt infrà commonstrabimus. *Græcis* κημὸς ἢ φιμὸς *equorum capistrum* est, ne mordeant prætereuntes, aut segetem depascant alienam. Hesychio Κημὸς, εἶδος χαλινοῦ. Xenophon de re equestri: Ὁ γὰρ κημὸς ἀναπνεῖν μὲν οὐ κωλύει, δάκνειν δ' οὐκ ἐᾷ. *Camus vt respirationem non impedit, ita mordere non sinit.* Illud ἀπὸ τοῦ κάμπτειν litteratores, id est *à domando*, deriuant. Pulli enim equorum ferociter exsultantes domitoribus tradi solent, ait I. Offic. M. Tullius. Φιμὸς autem à φιμόω, *obturo*; quam & ipsam vocem Latini ἀπὸ τῆς θύρας mutuati (vt à Græcis pleraq;) esse videantur. Hebræis est Ezech. c. XXXIX. ver. II. מחסם, quod LXX. reddunt, περισόμιον τῆς φάραγγος, quod Psal. CXL. ver. 3. *ostium circumstantiæ labiis meis*, pro custodia. Igitur mancipiorum (quibus bestiarum loco plerique sunt abusi) ori camum obdi solitum, ne loquaces nimiùm ac futiles essent, ex his Aristophanis ἐν νεφέλαις disco:

> Φιμώσατε τοῦτον τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα.
>
> *Huius collum ligno constrinxeritis.*

Et Latinorũ Comicus M. Plautus Casina:

> *Deos quæso, vt quidem hodie camum & furcam feras.*

Etsi *canem* nonnulli interpretes reponant. Horatius Sermon. lib. I. Sat. VI. ver. 38.

> *Túne Syri, Damæ, aut Dionysi filius audes*
>
> *Deiicere è saxo civeis, aut tradere camo.*

Etsi alij *catino* pro cathena: *Cadmo* tamen tuetur G. Xylander, vt & Prouerbij speciem præferat, *Cadmo tradi*, à Cadmo exsulante Europæ quærendæ gratia; de iis qui solum vertere socio addito coguntur. Vtuntur autem *Cami* notione & Sacræ litteræ 4. Reg. cap. XIX. ver. 28. Prouerb. XXVI. ver. 3. & Psalmo XXXI. interpres vetus Græca retenta voce: *In camo & freno maxillas eorum constringe.* De φιμῷ nunc videamus. Isaiæ c. XXXVII. ver. 29. Ἐμβαλῶ φιμὸν εἰς τὴν ῥῖνά σου, καὶ χαλινὸν εἰς τὰ χείλη σου. *Iniiciam camum naribus tuis, & frenum labiis tuis.* Vulgat. *Ponam circulum in naribus tuis.* Eccles. XX. vers. 29. ὡς φιμὸς ἐν σόματι. *vt capistrum in ore.* Vulg. tamen *: quasi mutus in ore.* Deuteron. XXV. ver. 4. Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις. & hinc B. Paulus I. ad Timoth. cap. V. *Non obturabis*, inquit, *os boui trituranti.* B. Ambrosius: *Non infrenabis.* Adhibent & Euangelistæ, Lucæ IV. & Marci I. & IV. capp. πεφίμωσο, *obmutesce, non secùs ac habens os camo obstructum.* Externi quoque scriptores vsurpant in his, præter Aristophanem iam laudatum. Lucianus in morte Peregrini: Οἱ δὲ ἐχθροὶ ἐπεφίμωντο. *Hostes obmutescebant, vt os camo ligatum habentes.* vel: *Ne hiscere quidem audebant inimici.* Tralatè idem alibi: Καὶ σιωπὴν ποιῶ φιμὸν αὐτοῖς περιθείς. *Silentium impono, iniecto ori camo.* Nunc Chrysostomi loca adscribam, ob eloquentiam hominis admiranda, quibus in supplicio os obturari solere disertè pronuntiat, vt omni exceptione maior testis sit habendus. Sic ille Homilia II. εἰς ἀνδριάντας ad populum Antiochenum: Καθάπερ ἁπάντων εἰς τὴν γῆν καταδυόντων, οὕτως ἀφωνία τὴν πόλιν κατέχει νῦν· καὶ τοῖς λίθοις ἐοίκασιν ἅπαντες· καὶ ὥσπερ τινὶ γλωττοπέδῃ τῇ συμφορᾷ κατεχόμενοι βαρυτάτην κατέχουσιν ἡσυχίαν. *Tamquam omnibus terram subeuntibus, ita nunc ciuitatem taciturnitas continet; & saxis omnes similes sunt; & tamquam quodam linguæ vinculo calamitate cohibiti, profundißimum retinent silentium.* Rursum Hom. IV. in dictum Esaiæ: *Vidi Dominũ sedentẽ.* edit. Britann. λογ. κδ. Καθάπερ τοὺς καταδίκους, ἐπειδὰν σπάρτιον λάβωσι, ἐξάγουσιν αὐτοὺς τὸ σπάρτιον ἐπὶ τοῦ σόματος ἔχοντας· οὕτω καὶ οὗτος ἀντὶ σπαρτίου ἐπὶ τοῦ μετώπου ἦγε τὴν λέπραν ἀπαγόμενος. *Vt reos accepto fune educunt, camo ori imposito; ita & hic cùm abduceretur, pro capistro lepram in fronte gestabat.*

76. Cilicum viuit moribus.] Pro improbè ac sceleratè agit. Cilices enim vt scelesti, notabantur. Vnde & illud vsurpatum : *Cilicum inimicitiæ.*

77. In agrum Manes.] De frugi & vtilibus dictum.

78. Lupus in laqueos.] De iis qui in præsens incidunt periculum.

79. In aqua scribere.] In frustrà laborantes iactatum. Affine illud : *Per aquam scribere.*

80. In album relatus es.] Solent manu capta prædia vel corpora publicè

76. Ἐγκιλικίζεται.] Κακοηθεύεται, κακοποιεῖ. διαβάλλονται γὰρ οἱ Κίλικες ἐπὶ πονηρίᾳ. ὅθεν λέγεται καὶ, Κιλίκιος ἔχθρα.

77. Εἰς ἀγρὸν Μάνης.] Παραβολὴ ἐπὶ τῶν εὐχρήστων.

78. Εἰς πάγας ὁ λύκος.] Ἐπὶ τῶν εἰσπεραττόντων κίνδυνον ἡκόντων.

79. Εἰς ὕδωρ γράφεις.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων, ὥσπερ καὶ τὸ, Καθ' ὕδατος γράφεις.

80. Ἐν λευκώμασιν ἐγράφης.] .... χειρώμενα χωρία ἢ σώματα δημόσια

Statimque Homilia v. Καὶ ἐξῄει λοιπὸν, καθάπερ οἱ τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπαγόμενοι, σπαρτίον ἐπὶ τοῦ σόματος ἔχοντες, τῆς καταδικαζούσης σύμβολον ψήφου. οὕτω καὶ αὐτός. *De cetero verò abibat, velut qui ad mortem rapiuntur, fune ori imposito : quæ condemnantis sententiæ nota est.* Et Hom. III. de Incomprehensibili: Εἶτα τῶν ἐν δυνασείᾳ τις ὄντων ὑπεύθυνος τοῖς ἐγκλήμασι φανεὶς, σπαρτίον ἐπὶ τοῦ σόματος λαβὼν ἐξήγετο τὴν ἐπὶ θάνατον ὁδόν. *Deinde fuit inter eos quidam dignitate ac principatu præditus, qui cùm damnatus capitis ad supplicium, fune in os accepto, duceretur.* Et Homil. I. in Machabęos, & matrem eorum, in edit. P. Frontonis Duceį, pag. 585. Εἰ γὰρ ἡμεῖς ἄνδρες ὄντες κατάδικον πολλάκις ὁρῶντες διὰ τῆς ἀγορᾶς ἀγόμενον, τὸ σπαρτίον ἐπὶ τοῦ σόματος ἔχοντα, ἐπὶ τὸ βάραθρον ἑλκόμενον, οὐδὲν δικαίωμα φιλίας πρὸς αὐτὸν ἔχοντες ἀπὸ τῆς θέας μόνης κατακλώμεθα. *Si enim nos qui viri sumus, frequenter cùm videmus reum per forum duci, funiculum supra os habentem* (Interpres reddit, *refrænato ore*) *in mortis damnationem, & eum trahente carnifice, de solo eius aspectu frangimur, nulla cum eo amicitiæ necessitudine coniuncti.* Græcorum Menologium in passione S S. Timothei & Mauræ, χάμον nominat, quem καμὸν καὶ φιμὸν anteà. χάμον περιέθετο αὐτῷ. Et mox ἀποκρίνασθαι οὐκ ἐδύνατο, διὰ τὸ περικεῖσθαι αὐτῷ τὸν χάμον. Ibidemque in vita S. Abdiæ: ἱμάντα ἔχων ἐπὶ τοῦ σόματος, δίκην φονέως. Item alibi : Καὶ ξύλον ἐμβάλλει εἰς τὸ σόμα αὐτοῦ: vbi χοῖνον pro ξύλον tentabam : vt Asterius Episcopus Homiliâ typis nondum euulgatâ: Εἶτα καὶ αὐτὸς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ψῆφον ἐδέξατο, καὶ τοῖς χοίνου προσαχθείσης ἤδη σόματι, φιλανθρωπία βασιλικὴ ἐκώλυσεν ἐνεργῆσαι τὸν δήμιον.

76. De *Cilicibus* piraticam exercentibus Iurisconsulti, de Mauricis agentes, & Hesychius. Affine quoque, *Empedoclis inimicitiæ.* & de Cilicibus, Cretensibus, & Cappadocum gente, Τρία κάππα κάκιστα.

77. Μάνης.] Aristophani in Auibus pro seruo sumitur, ac pro domestico frequentiùs. Plura de ea voce Cælius Rhodiginus lib. XIII. Antiq. lect. cap. LIV. & Q. Septimius Florens in Eirenen eiusdem Comici, vbi de Cottabo vterque disserit. Huic contrarium illud M. Varronis lib. I. Rei rusticæ : *In agro surculario capras.*

78. Explicat & Zenobius seu Zenodotus. Legendum verò arbitror pro εἰσπεραττόντων, εἰς πρόδηλον κίνδυνον, hoc est, πρόδηλον: quomodo dixit Thucydides εἰς πρόδηλον κίνδυνον καταστήσειαν, *in apertum deduxerint periculum.*

80. Ἐν λευκώμασιν ἐγράφης.] Hiatus fortasse sic expleatur : εἰώθει τὰ χειρούμενα. Demosthenes κατὰ Τιμοκράτους, ἀναγράψας εἰς λεύκωμα,

μοσία ἐγγεγράφεσθαι ἐν σανίσι λευκαῖς, ἢ πυξίναις κεχρισμέναις λευκῇ γῇ, τὰ ὀνόματα καὶ τῶν κτημάτων, καὶ τῶν ἀνδραπόδων, καὶ τῶν πριαμένων αὐτὰ, ἵνα εἴ τις αἰτιάσασθαι βουληθείη, ἐπ' ἀδείας ἔχῃ τοῦ λευκώματι.

81. Ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδέν.] Ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων· παρόσον καὶ τὸ ζῶον τοιοῦτον.

82. Ἐν Πυθίῳ κρεῖττον ἦν ἀποπατῆσαι.] Πεισίστρατος ᾠκοδόμει τὸν ἐν Πυθίῳ ναόν. τῶν δὲ Ἀθηναίων παριόντων καὶ μισούντων αὐτὸν ἐπὶ τῇ τῆς δεκάτης εἰσφορᾷ (εἰσέφερον γὰρ ἅπαντες δεκάτην τῶν ἐν τῇ χώρᾳ γινομένων) οὐδὲν ἐχόντων ποιεῖν, ἐνίους προσουρεῖν καὶ πλησίον ἀποδεύειν τοῦ περιφράγματος, ὥστε διοχλεῖσθαι τοὺς ἐργαζομένους. ἔγραψεν οὖν ὁ Πεισίστρατος, ὡς ἐάν τις ἁλῷ θακεύων ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος, ἑαυτὸν αἰτιάσεται. τῶν δὲ οὐ παυομένων ἀλλὰ καταγελώντων τοῦ πράγματος, καὶ πλειόνων ταῦτα ποιούντων, φύλακας κατέστησε. ληφθέντος δέ τινος οὐ τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ τῶν μετοίκων, ἐκέλευσε δήσαντας αὐτὸν μαστιγοῦν, κηρύσσοντας, Ἀπο-

inscribi tabulis albis, ligneisque asserculis gypso obductis, nomina quoque & possessionum & seruorum, quique eos pretio emissent: vt si quis accusare vellet, impunè facere id posset.

81. Ab elephanto nihil differs.] De stupidis & ineptis dictum, quales elephanti in animantibus sunt.

82. In æde Apollinis ventrem leuasse præstiterit.] Pisistratus Pythio Apollini templum ædificauit. Resistentibus autem Atheniensibus, odioq; illum prosequentibus, ob decimarum vectigalia, (pendebant enim omnes decimas eorum quæ terra produceret) cùm aliud nihil possent, quidã soliti meiere & ventrem exonerare, vt operas turbarent, iuxta sepimentum. Cauit itaque edicto Pisistratus, vt si quis in area delubri Pythij cacaret, se ipse proderet. Illis verò non cessantibus, imò rem irridentibus, atque adeò identidem repetentibus, custodes sunt adhibiti. Non ciuium autem quodam capto, sed aduena, flagris conscindere iussit, præcone etiam proclamante: *Quisquis Edictum* *con-*

κωμα, *in albo perscribens*. De quo *albo*, & Suidæ, & Etymologi verba, sed emendatiora apponam: Λεύκωμα, τοῖχος γύψῳ ἀληλιμμένος, πρὸς γραφὴν πολιτικῶν πραγμάτων ἐπιτήδειος. *Album, paries est gypso illitus, ad inscribenda ciuilia negotia aptus.* Etymologista verò sic: Πίναξ γύψῳ ἀληλιμμένος πρὸς γράμματα πολιτικὰ ἐπιτήδειος. Vide & doctissimum Turnebum in C. Plinij Præfationem.

81. Suidas ampliùs: *De magnis & stupidis vsurpatum*. Tametsi verò *Elephas* inter bruta superet astutia, etiam canes, vulgari tamen verbo hodieque *Elephas* nobis de stupido & inepto homine vsurpatum. vt illud olim, *Elephantem saltare doces*, de frustrà sudantibus dici solitum. In Plauto quoque Palæstrio seruili ioco de hero, in corio potiùs quàm animali ludens:

Herus elephanti corio circumtectus, non suo.

Plinio quoque libro VIII. Elephas terrestrium animalium maximum est.

82. Suidas eadem: Ἐν Πυθίῳ κρεῖττον ἦν ἀποπατῆσαι. Erasmus paulò concisiùs: Ἐν Πυθίῳ χέσαι. Pro quo & hic ἀποδεύειν dixit, & alibi ἀναχωρεῖν. Suidas quoque decimas remisisse Pisistratum refert, cùm senex ig-

contemserit, capitis reus esto. Vsurpari itaque & adhiberi in iis cœptum Athenis, qui ob delictum aduersi quid paterentur: *Melius fuisset vel in Pythio cacasse.*

83. Ignem ingressus es.] In accelerantes: quia citò qui in igne est, recedere oportet.

84. Amor videndo nascitur mortalibus.]

85. Melle teipsum oblinis.] De delicias sectantibus.

θανεῖται ὃς κατηγορεῖ τοῦ γράμματος. τοῖς γοῦν κακοπαθοῦσι διά τινα πλημμελίαν ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι· Κρεῖττον ἦν αὐτοῖς ἐν τῷ Πυθίῳ ἀποπατῆσαι.

83. Ἐν πυρὶ βέβηκας.] Ἐπὶ ταχέων. [καὶ] ὅτι ταχέως ἐκβαίνειν δεῖ τὸν ἐν πυρὶ ὄντα.

84. * Ἐκ τοῦ ὁρᾶν γὰρ γίνετ᾽ ἀνθρώποις ἐρᾶν.]

85. Ἐν μέλιτι σαυτὸν καταπάττεις.] Ἐπὶ τῶν ἡδυπάθειαν μεταδιωκόντων.

86. Ἐν

---

noto illi tyranno, rogatus quid è petricoso solo fructus colligeret, respondisset: *Dolores &* σφάκελον, *& horum decimas exigit Dionysius.* Remisso itaque vectigali à vulgo quoque dici cœptũ: *Faciunt & sphaceli immunitatem.* De seipsos in iudicio deferentibus multa suppetũt apud Declamatores, potissimùm verò ἐν ταῖς μελέταις Libanij Sophistæ, exempla. Mox subiicit: *Capto autem quodam ex ciuibus, sed qui recens illuc habitatum aduenerat.* Verùm ob aduersatiuam ἀλλὰ, negationem οὐ addidi, & certè Apostolius τοῦ μετοικοῦ tantùm meminit.

83. Καὶ ὅτι ταχέως.] Copulam vt superuacaneam vncis inclusimus. Suidas etiam in iis ait adhiberi, qui res lubricas & periculosas cupidè suscipiunt. vt de Satyro ignem summis rigoribus amplexante refert Tzetzes. Sic Asinio Pollioni historiam meditanti Horatius Od. I. lib. II. Carm.

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Nam quod in Lysistrata Aristophanes ait, διὰ πυρὸς θέλω βαδίζειν, *per ignem libet pergere,* ita accipio, quod & vulgò in ore natat, nullum vitæ defugio periculum. Theocritus verò in Hodœporicis per negationem, sensũ tamen eodem:

Μὴ σπεῦδ᾽, οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι.
Ne propera, neque enim te ignis adurit.

Vbi Scholiastes Græcus, latere Prouerbium in nimis festinantem, annotat. Celeritas enim ignem magis innoxium reddit.

84. Senarius hic etiam apud Diogenianum bellè ludit in ὁρᾶν καὶ ἐρᾶν. Latinè non item possumus, nisi quod recentior quidam nuper poëta Bapt. Mantuanus:

Non Deus, vt perhibent, Amor est, sed amaror, & error.

Apud Comicum Afrum *Extrema* id *linea amare* dicitur, oculos illices iacere. Theocritus in Pharmaceutria:

Ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην.——

quod Maro reddidit:

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

Græcisq; Comicis alterum hinc Adagium:

Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος.
Mulieris oculus spiculum est iuuenibus.

Propertius lib. III. Eleg. XXI.

Crescit enim assiduè spectando cura puellæ.

Exempla apud poëtas obuia, vt Musæum. Sed & Hesychio, *totus aculeus* Cupido est, quòd in oculis cubans tela mittat: quẽ puerũ aliàs cæcũ fingunt ac pingunt, vt & Plutum pecuniæ Deum Aristophanes. Hesychij verba sunt: Ὀμμάτειος πόθος, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὁρᾶν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι. ἐκ τοῦ γὰρ εἰσορᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. Καὶ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς ὀμματοπάλογχα φησιν.

85. Vtitur & Diogenianus: *Melle te perungis.*

86. Parœ-

86. Ἐν ἀμούσοις καὶ Κόρυδος φθέγγεται.]

87. Ἐν Σάμῳ κομήτης.] Πυθαγόρας πύκτης Σάμιος ἐκόμα· καταφρονηθεὶς οὖν παραδόξως ἐνίκησεν. ἐλέχθη ἐπὶ τῶν οὐδὲν χαρίεν λεγόντων.

88. Ἐπὶ κνάφου ἕλκων.] *Διαφθείρων. τὸ γὰρ πρότερον οἱ κναφεῖς ἀκανθῶν σωρὸν συστρέψαντες τὰ ἱμάτια ἔκναφον. ἐλέγετο δὲ ὁ σωρὸς κνάφος· οὗ Κροῖσος τῶν ἐχθρῶν ἔξαινε τὰς σάρκας, καὶ οὕτως διέφθειρεν.

89. Ἐπὶ Χαριξένης.] Οἱ μὲν αὐτὴν ἐπὶ μωρίᾳ διαβεβλῆσθαί φασι. ἔνιοι δὲ ποιήτριαν λέγουσιν. ἔστιν οὖν παροιμιῶδες, Ἐπὶ Χαριξένης.

90. Ἑρμῆς ἀμύητος.]

86. Inter indoctos Corydus etiam sonat.]

87. In Samo comatus.] Pythagoras Samius, pugil: qui comatus ludibrio est habitus, tamen præter opinionem victor euasit. Dictum in eos, qui nihil dicunt aliis gratum.

88. Carduo vellens.] Id est, discerpens. Fullones enim initio carduorum cumulis collectis vestes poliebant. Dicebatur & Carduorum cumulus, quo Crœsus hostium pectebat corpora, eos hoc pacto interimens.

89. Ad Charixenam.] Hanc stultitiæ quidam notatam referunt: alij poëtriam faciunt. Prouerbij specie dicitur.

90. Mercurius non initiatus.]

91. Dor-

86. Parœmiographi habent, & Erasmus Chiliade II. Centur. II. Adag. 92. ex Philoxeno apud Athenæum lib. VI. Δειπν. & Ἀνθολογίας libro, & Euripide in Hippolyto coronato. Suidas vsurpatum ait in iis, qui non accuratè inter imperitos disserant.

87. Diuulsa in M.S. Vaticano constituimus. Erasmum verò fugit rursum ratio, qui tamen è Plutarchi Collectan. hæc desumta ait, dictumque in eos qui anteà ignaui rem pòst præclarè gessissent. At Pythagoram περιφράζοντες, τὸν ἐκ Σάμου κομήτην *Samium capillatum* seu *comatum* nominabãt, teste Iamblicho cap. II. & VI. vitæ Pythagoræ, docens hanc appellationem suo quoque æuo durantem Prouerbio cessisse, quo vterẽtur ad designandum aliquem summæ grauitatis ac religionis virum. Διόπερ, inquit, ἔτι καὶ νῦν ἡ Παροιμία τὸν ἐκ Σάμου κομήτην ἐπὶ τοῦ σεμνοτάτῳ διακηρύττει.

88. Deesse arbitror initio, τουτέστι, vel quid simile. Pertinet eòdem Æsopi de rubo prætereuntium vestes attrahente apologus. De frutice autem Varinus Camers in Lexico, spinosum quid esse, quo vestes pectant fullones ac poliant: Κνάφος τι ἀκανθῶδες, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. Ἱππόφεων εἶδος βοτάνης. ὀνομάζεται δὲ καὶ κνάφον καὶ στύφον παρὰ τοῦ Ἱπποκράτει. Alibi verò Κνάφος Atticè dici, à themate Κνῶ: communiter verò γνάφος παρὰ τὴν γνάψιν, allata Alcæi & Homeri auctoritate pag. 1071. Basil.

89. Integrè quidam Prouerbium efferunt: Οὐδ' ἐπὶ Χαριξένης τὰ δ' ἐστίν. *Nihil hæc ad Charixenam.* Aristophanis scholia stolidam faciunt & stultam mulierem, in Concionatricibus. Eustathius verò in Homericum nauium Catalogum poëtriam fidicinam: neuter tamen explicat. Dictum apparet de re valdè dissimili, vt Comici nostri illud: *Sed nihil ad nostram hanc.*

90. Prouerbium non exponitur: dictum tamen videtur per ironiam, *Mercurius profanus*, cùm sit Deorum interpres καὶ μυσταγωγός. Quale illud Aristidis est: ὁ Κρὴς τὸν πόντον: *Cretensis mare nescit.* Erasm. legit ἀμύθητος, *Mercurius infans*: vt hæc tamen lectio minimè displiceat. Alia verò ab illo Maiæ filio Prouerbia: *Mercurius communis, dexter, bifrons, triceps, &c.*

91. De

91. Dormienti rete capit.] De feliciter agentibus. Fit enim interdum, vt dormientibus piscatoribus pisces in nassam irrepant. Cratinus poëta per iocum hoc expressit: *Dormienti podex trahit.*

* Causæ appellatæ.] Quæ foris, non in patrio solo aguntur.

* Appellatio.] Est à iudicio vno aliquando ad aliud prouocatio.

92. Veniat qui proderit hospes.] Philippus Rex euersa Thessalorum vrbe, ciuibusque diuenditis, deridens hoc pronuntiauit.

93. Nisi pater sis.] Concisè dictum. Est apud Sophoclem in Antigona: *Nisi pater sis, dixerim te non sapere.*

94. Eurybati more agere.] Iactatum in improbos. Eurybatum nonnulli Cercopum vnum fuisse aiunt, alij proditorem Crœsi temporibus.

95. Ephesiæ litteræ.] Carmina

91. Εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ.] Ἐπὶ τῶν ἐργαζομένων ἐπιτυχῶς. ἐπεὶ συμβαίνει καὶ κοιμωμένων ἁλιέων εἰσιέναι τοὺς ἰχθύας εἰς τοὺς κύρτους. Κρατῖνος ἐπὶ τὸ γελοιότερον ταύτην μετέθηκεν, Εὕδοντι πρωκτὸς αἱρεῖ.

* Ἔκκλητοι δίκαι.] Αἱ ἐπὶ ξένης λεγόμεναι, καὶ οὐκ ἐντὸς πόλεως.

* Ἔφεσις.] Ἡ ἐκ δικαστηρίου δήποτε ἐφ᾽ ἕτερον εἰσαγωγή.

92. Ἔλθοι ξένος, ὅς τις ὀνήσει.] Φίλιππος Θετταλῶν καταστρεψάμενος πόλιν, καὶ τοὺς αὐτόθι ξένους πωλήσας, χλευάζων εἶπεν, Ἔλθοι ξένος.

93. Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα.] Αὕτη καὶ ἀποκοπή. κεῖται δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀντιγόνῃ· Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ᾽, εἶπον ἄν σ᾽ οὐκ εὖ φρονεῖν.

94. Εὐρυβατεύεσθαι.] Ἐπὶ τῶν πονηρευομένων. τὸν γὰρ Εὐρύβατον οἱ μέν φασιν ἕνα τῶν Κερκώπων γενέσθαι, οἱ δὲ προδότην περὶ τοὺς χρόνους Κροίσου.

95. Ἐφέσια γράμματα.] Ἐπῳδαί τινες

---

91. De *Timotheo* Atheniensium duce ferunt dictum fictumque, Fortunam ponè astare, dormientis forma, vrbes nassa captantem. Conuicium sic ille retudit, teste Plutarcho: *Si has dormiens vrbes capio, quot vigilans capiam?* Terentius Adelphis:

Credebas dormienti tibi hæc confecturos deos?

Et M. Tullius Verrina vltima: *Sunt quibus populi Rom. beneficia dormientibus conferantur.* Cratini autem ioco affinis ille Aristophanis in Vespis: Πρωκτὸς λαγὼς περιμνώμενος; vbi Scholiastes Prouerbialem facit, & Erasmus. Sequentia, Forensia potiùs videntur vocabula, quàm Adagialia; de quibus Budæus in Commentar. & Harpocration. Idcircò asterisco notata in censum nõ recipio.

92. Zenobius idem ex Theopompo historico refert. Et vulgò eius exspectatum dicimus aduentum, qui aliquid attulerit, vt Naso:

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

94. Crœsi temporibus.] A quo cum ingenti pecunia missus, vt exercitũ colligeret, ad Cyrum defecit, vt auctor est Ephorus. Eustath. in Ιλ. α΄. huius meminit, & Lucianus in Pseudomante inter scelestos plurimos *Eurybatum* numerat. Suidas habet Adagium, non integrè tamen reddit Germanus interpres.

95. Hesychius Magicas fuisse voces scribit: Ænigmaticῶs verò & à Crœso vsurpatas referunt Eustathius in Odysseam φ΄. & Suidas: sed hic in tricenario numero deprauatus, etiam in Germanica interpretatione:

πτες ἦσαν, ἃς οἱ κατέχοντες ἐν οὐδενὶ ἡττῶντο. παλαιστὴς οὖν τις φωραθεὶς ταῦτα βαστάζων, τριακοντάκις ἐνίκησε· ἐπεὶ δ' ἀφῃρέθη ταῦτα, ὑπὸ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ κατεβλήθη.

96. Εἰς τὸν λιμένα.] Ἀπὸ τῶν πρὸς τῷ λιμένι ἐρεσσόντων.

97. Εἰς τετρημένον ἀντλεῖς πίθον.] Τάττεται ἐπὶ τῶν διακενῆς πονούντων. ὡς γὰρ μυθεύονται, τοὺς ἐν ᾅδου ἀσεβεῖς εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν φασί.

98. Ἐπιχώριοι οὖρον ἴσασιν.] Οἱ μὲν ὅριόν φασι, οἱ δὲ τὸν ἄνεμον.

99. Ἐν γῇ πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτοῦντα πλεῖν.]

100. Ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον.] Ὅταν τὸ σωζόμενον ὑπὸ τοῦ σώζοντος ἐξαπατηθῇ.

erant quæ accinebantur: quæ geſtantes nulla in re vinci poterant. Pugil itaque eas furatus, dum geſtat, tricies victor euaſit. His priuatus ab aduerſario cecidit.

96. In portum.] De portui adremigantibus.

97. In pertuſum haurire doliũ.] De fruſtrà laborantibus dictũ. Vt enim poëtæ fabulantur, apud inferos impij pertuſo aquam hauriunt dolio.

98. Indigenæ ſecundum ventum norunt.] An οὖρον hîc pro termino, an pro vento potiùs accipias, incertum.

99. In terra pauperem eſſe præſtat, quàm diuitem nauigare.]

100. Decepit vallus vitem.] Dictũ quoties à ſeruatore ſeruatus fallitur.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Β.

1. ΕΘΥΣΑΣ ἀντὶ θύῃ.] Τοῦτο ὁ Κύκλωψ λέγει πρὸς τὸν Ὀδυσσέα.

Ζ.

2. ΖΗ καὶ πῦρ.] Ἐπὶ τῶν μόγις γινομένων.

CENTVRIA II.

1. ΕΘΥΣΑΣ pro θύῃ.] Dictum hoc à Cyclope ad Vlyſſem.

Z.

2. VIVIT & ignis.] De iis quæ vix fiunt.

3. MORVS

tione: & hîc verba traiecta. Tẽtabam equidem: Βαστάζειν τριακοντάκις ἐνίκησε. ἐπεὶ δ' ἀφῃρέθη ταῦτα ὑπὸ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ κατεβλήθη.

96. Exaudiendum videtur, *inuehi*. Zenobius tamen Cent. III. Adag. x. ſic extulit: Ἀλικὸς ἐν λιμένι. Affine eſt illud Comici Afri: *In portu nauigo.* & Maronis VII. Æneid.

Nunc mihi parta quies, animúſque in limine portus.

100. Suidas legit τὸ σῶζον, pro σωζόμενον. Alibi verò ſic extulit Parœmiam: Ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. ἐπὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα. *Vallus vitem. De iis qui alicui parent.*

CENT. II.

2. Suidas aliter: Ζῆ, καῖε πῦρ. *viue, incende ignem.* Malo hanc lectionem, vt reſpiciat illud Plautinum in Aulularia Scen. Nunc defæcato: *Nam ſi ignis viuet, tu extinguere extempulo.* Horatius libro III. Carm. Od. XXI. *viuas lucernas* dixit accenſas:

Viuæq; producent lucernæ,
Dum rediens fuget aſtra Phœbus.

3. Qui

H.

3. MORVS moro purgatur.] De iis qui quæ habent vtilia, à se ipsi mutuantur.

4. Sedens columba.] Facta comparatione ad illicem columbam, quæ subuolans alias decipiendo adducit. παλεύειν enim seducere Græcis est.

5. Herculis sacrificia.] In eos qui absurdè sacrificiis vtuntur.

6. Herculana scabies.] Dicæarchus sacrum morbum seu comitialem sic nominat. In hunc enim morbum incidisse Herculem post varios exantlatos labores.

* Tyrãnis enim parẽs est iniustitię.]

7. Scythica iussio.] Dario Regi sic responderũt Scythæ, vt plorare, hoc est, miserum esse, iuberent, teste Herodoto.

H.

3. Ἡ ΣΥΚΑΜΙΝΟΣ συκαμίνῳ ῥύπτεται.] Πρὸς τοὺς ἐν ἑαυτοῖς τὰ ὠφέλιμα λαμβάνοντας ἐξ ἑαυτῶν.

4. Ἡμένη πελειάς.] Κατὰ ἀντεξέτασιν τῆς πρὸς τὰς παλευτρίας, αἳ ἐξιπτάμεναι καὶ ἄλλας ἀπατῆσαι προσάγονται. παλεῦσαι γὰρ τὸ ἀπατῆσαί φασιν.

5. Ἡρακλέους θυσίαι.] Ἐπὶ τῶν . . . τῆς θυσίαις χρωμένων.

6. Ἡράκλειος ψώρα.] Δικαίαρχος τὴν ἱερὰν νόσον οὕτω φασί. καὶ γὰρ ἐκ τῶν μακρῶν πόνων ἐς ταύτην πεσεῖν τὸν Ἡρακλέα.

* Ἡ γὰρ τυραννὶς, ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.]

7. Ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις.] Πρὸς Δαρεῖον τὸν Πέρσην ἀπεκρίναντο οἱ Σκύθαι κλαίειν αὐτὸν, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ. εἴρηται

3. Qui moros legunt, acerba moro manus purgant. Sic qui à scorpionibus sunt læsi, remedium ab iisdem accipiunt. Ab Achillis hasta vulneratos ab eadem opem petiisse Poëtæ fabulantur.

4. Παλεύειν Græcis est θηρεύειν, παρακαλεῖν. & aliud est Prouerbium, Παλεύει καλῶς τὴν ἀλώπεκα. *Vulpem pulcrè decipit.* Aristophanes in Auibus:

Αὖθις ὑμεῖς ἂν παρ' ἡμῖν δεδεμένοι παλεύοιτε.

Rursus vos à nobis ligati aucupabimini.

Vbi Scholia Græca pag. 593. nuperæ edit. obseruant solere aucupes aues exoculatas reti imponere, quæ alias sono illicerent suo, quod appellant γλωσσηματικῶς παλεύειν: & παλεύτριαι id genus dictæ columbæ (vnde fortè & *palumbes* dictæ) ad aliarum dispositæ aucupium, auctore Aristotele libro IX. Animal. cap. VII. *Αἱ περιστεραὶ ζῶσιν ὀκτὼ ἔτη, αἱ τετυφλωμέναι ὑπὸ τῶν παλευτρίας τρεφόντων αὐτάς. Viuunt annis octo columbæ, quæ excæcatæ ad allectandum aluntur.* Hesych. ita: Λέγονται παλεύτριαι περιστεραὶ αἱ ἐξαπατῶσαι καὶ ὑπάγουσαι πρὸς ἑαυτὰς, ἤγουν ἐνεδρεύουσαι.

5. Herculis sacrificia.] An quæ obtulit, aut quæ illi offerebantur, παθητικῶς. Decimæ enim illi polluceri solitæ, teste Plauto. Hiatus expleri queat, si ἀτόπως, vel quid simile subiicias. Talia verò & illa ab Hercule tracta: Ἡράκλειοι στρωμναί, *Lecti Herculei*, apud Athenæum lib. XII. Ἡρακλέους ὀργὴ Aristoph. in Vespis, & plura apud Iunium extrema Centuria VII.

6. Suidas sic exponit, quasi Hercules lauacris indiguerit, quæ illi Pallas multa refocillandis laboribus (quibus à Iunone variè exercitus fuit) aperuit. Balnea autem dum corpus subeunt, & lassitudinem detergunt, pruritum adferunt ac titillationem, aiunt ἰατρῶν παῖδες. Hinc scabies. Dicæarchum hîc quoque, sed syllaba detruncata, laudat Zenobius.

* Hæc de Tyrannide γνώμη veriùs est, quàm παροιμία, vel ad superiora fortè pertineat.

7. De Scythis multa quidem Herodotus lib.

εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἀτόπως οἰμώζειν τινὰ λεγόντων.

8. Ἡ ψελλὴ οὐ πιττεύη.] Ἐπὶ τῶν τὰ οἰκεῖα ἐλαττώματα πειρωμένων ἀποκρύπτειν.

9. Ἡ Συλώσοντος χλαμύς.] Ἐπὶ τῶν ἀλαζονευομένων ἐπὶ ἐσθῆτι, ἤ τινι τοιούτῳ. ὁ γὰρ Συλώσων εἶχε πολυτελῆ χλαμύδα, ἣν καὶ δωρησάμενος ἰδιοτεύοντι τῷ Δαρείῳ, ἔτυχε τούτου βασιλεύοντος τῆς Σαμίων ἀρχῆς.

10. Ἡ κέρκος τῇ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ.] Ἐπὶ τῶν δεικνυόντων τὸ ἦθος ἀπὸ μικρῶν πράξεων.

11. Ἧλιξ ἥλικα τέρπει.]

12. Ἧδε ὁ πάτταλος ἐξέκρουσε πάτταλον.] Ἐπὶ τῶν ἁμαρτήματι τὸ ἁμάρτημα ἐξιάσασθαι ἀποδιδόντων, ὅπως οὐχ οἷόν τε.

Iactatum autem, cùm quis alterum importunè iubet plorare.

8. Balba non credat.] In eos dictum qui apertè sua mala tentant dissimulare.

9. Sylosontis chlamys.] Iactatum in veste vel re alia superbientes. Syloson splendidũ habuit pallium, quo Darium etiamnum priuatum donauit; qui imperium adeptus, Samiorum illi imperium pro illo rependit.

10. Cauda vulpem demonstrat.] De iis qui paruis actionibus suos ostendunt mores.

11. Æqualis æqualem delectat.]

12. Paxillus, vt aiunt, paxillum pepulit.] Dictum de iis qui delictum delicto sanare, quod fieri non potest, conantur.

* Ἦδ'

lib. IV. nihil tamen de hoc dicto, & Desiderius Centur. III. Chil. II. Adagio 35.

Οἰμώζειν καὶ κλαίειν Græcis pro miserũ esse & infelicem, cùm lacrymę excidunt, vt Horatij interpretes ad illud:

Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Sic μακρὰ οἰμώζειν, κλαίειν, καὶ μακρὰ χαίρειν. *Altè plorare, flere, & longùm valere.* Suidas autem hîc pro ἀτόπως, ἀποτόμως reperisse in suis libris videtur, dictumque in iis ait, qui alicui malè apertè precantur. Similia porrò concisè Laconum dicta in Plutarchi Laconicis reperias, & Commentario περὶ ἀδολεσχίας.

8. Πιττεύει dictum Atticè videtur Erasmo pro πιστεύει, quasi alludens ad blæsorum morem, qui τ, & σ, ac λ pro canina littera ῥῶ ferè efferunt: qua de re lis duarum est litterarum σ & τ apud Lucianum. Et Demosthenes initio primã litteram artis quam profitebatur blæsè pronuntiare solitus; & notus Alcibiadis λαβδακισμὸς ex Aristoph.

9. De Sylosontis chlamyde oportunè grateque Dario oblata, Herodot. lib. III. (etsi χλανὶς, quæ militaris est vestis, ibi legatur) Strabo lib. XIV. Ælianus libro IV. cap. V. Var. Historiæ, Val. Maximus lib. V. cap. II. de Gratis.

10. Κέρκος femin. quoque genere pro cauda ex Aristot. etiam Gaza reddit, παρὰ τὸ ἕρπειν, *à rependo.* Vide Cælium Rhodig. libro XVI. cap. LIX. & Hadr. Iunium Centuria VII. Adagio 38.

11. Suidas attulit è vita ἀνωνύμου, fortè Philosophi, cuius mores cum aliorum probè congruerent. Apostolius editus typis, sed mendosus admodum, habet, Ἅλιξ ἅλικι τέρπει.

12. Senarij lege apud Iulium Pollucem lib. IX. Onomast.

Ἥλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούεις καὶ πάτταλον.

Pollux ita:

Ἥλῳ τὸν ἧλον, παττάλῳ τὸν πάτταλον.

Clauumq; clauo, perticamq; pertica.

 Vnde

* Ἧ δ᾽ ὅς.] Adhibetur hæc formula de pluribus etiam loquendo, itemq; de feminis: neque solùm pro dixit, sed etiam pro dixerunt. Crates verò negat ὃς aspirandum. ἤτοι particula æqualis illi δὲ, ἤτοι, ὅγ᾽ ὡς εἰπών. Homerus non disiunctiuè eo vsus est: nonnulli pro μὲν, quidem.

13. Aphya ignem.] Affine illi Prouerbio: *Simul dictum ac factum.*



14. ALAE Thessalicæ.] Dicitur quòd Thessalorum chlamydes alas habeant. Alarum enim instar vtrimque sunt anguli.

15. Thunnissare.] Pro pungere, stimulare. Thunnos enim tridentibus capiebant.

* Ἧ δ᾽ ὅς.] Τίθεται ἡ λέξις ἐπὶ πλήθους, καὶ ἐπὶ θηλειῶν· οὐ μόνον δὲ ἀντὶ τοῦ ἔφη, ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ ἔφησαν. ὁ δὲ Κράτης μὴ δασύνειν λέγει τὸ ὅς. ἤτοι, σύνδεσμος ἰσοδυναμῶν τῷ δὲ, ἤτοι ὅγ᾽ ὡς εἰπών. Ὅμηρος οὐ διαζευκτικῶς αὐτῷ χρῆται. τινὲς δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ μὲν.

13. Ἣ δ᾽ ἀφύη πῦρ.] Ὁμοία τῇ, Ἅμ᾽ ἔπος, ἅμ᾽ ἔργον.



14. ΘΕΤΤΑΛΙΚΑ πτερά.] Ἀπὸ τοῦ τὰς Θετταλικὰς χλαμύδας ἔχειν πτερύγια, εἴρηται. ἐοίκασι γὰρ πτέρυξιν αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι.

15. Θυννάζοντες.] Ἀντὶ τοῦ κεντοῦντες. τριόδουσι γὰρ ἐλάμβανον τοὺς θύννους.

16. Θυμό-

Vnde (vt & è Suida hîc sumtum obseruo) Ἧ δὲ ὁ πάτταλος pro πάτταλος. Latini sic efferunt: *Clauum clauo pellere.* Vtiturq; Aristoteles v. Politic. Lucianus frequentiùs, & Synesius ad Olymp.

* Hæc ad litteraturam potiùs quàm Prouerbia quia pertinent, non omittenda tamen duxi, vt rara, & cum superioribus vsui quoque futura. Ἧ, enim pro *dixit* à φημὶ, per ablationem φ deriuatur. Inde ἄδεις. β΄. ἦν, ἧς, ἧ. vt Platoni interdum: Ἧ δ᾽ ὅς, ἦν δ᾽ ἐγώ. Homerus Iliad. α΄.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

hoc est, Ἦ, ἀντὶ τοῦ εἶπε, ἔφη. Cratetis autem Grammatici libros De Attica Dialecto citat Athenæus lib. VI. Δειπνοσ.

Ἤτοι Atticis interdum διαζευκτικὰ disiunctiua, pro ἤ. vt τοι sit expletiua, vt γε in ἔγωγε. Thucydides: ἤτοι κρύφα γε, ἢ φανερῶς. Interdum & μὲν adiungitur. Homerus Odyss. ξ΄.

Ἀλλ᾽ ἤτοι ὅρκον μὲν ἐάσομεν· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἔλθοι.

13. Suidas Ἣ δ᾽ ἀφύη πῦρ. vt nescias, an exaudias εἶδε, *nouit*, vt Clearchus apud Athenæum extulit: an ad illud respexit: Ἀφύη ἐς πῦρ. Affine huic magis Augusti illud apud Suetonium: *Citiùs quàm coquantur asparagi.* & anteà Iulij Cæsaris: *Veni, vidi, vici.* De hoc pisciculo Dipnologus, & Suidas in Collectaneis. Indeque ducta, *Aphyæ honos.* & *Aphyæ honos oleum.*

14. Suidas sic: Θετταλικαὶ πτέρυγες; aliaq; à Thessalis tracta Adagia: *Thessalorum moneta, commentum,* &c, *Thessala femina.*

15. Græcis etiam θυννίζειν est, & varia hinc Prouerbia: *Thunni in morem,* Æschylo apud Athenæum lib. VII. *Thunnicum Enthymema,* Luciano in Ioue Tragœdo. & de marina bęlua Aristot. C. Plinius, Ælianus, & Oppianus.

16. Ex

16. Θυμόσοφος.] Τοὺς ἐκ φύσεως ὀξυμαθεῖς καὶ εὐφυεῖς οὕτω ἐκάλουν.

16. Per se sapiens.] Dicitur qui à natura citò discit, præstantique est natura.

I.

17. ΙΠΠΑΡΧΟΥ τειχίον.] Οὗτος περὶ τὴν Ἀκαδημίαν * περιβαλλομένοις * τοῖς Ἀθηναίοις τέλος ἐπέθηκεν· καὶ ἐπὶ πολὺ τὴν οἰκοδομίαν αὐτοῦ παρεῖλκε, βουλόμενος πολλὰ ἐκλέγειν τὰ τέλη. ὅθεν ἐπὶ τῶν πολλὰ ἀναλώματα δεχομένων, ἀτελῶν δὲ μενόντων, εἴρηται ἡ παροιμία.

18. Ἱερὰ ἄγκυρα.] Τὴν ἐν τῇ νηῒ μεγίστην λέγουσιν ἱεράν· ταύτην εἰς τὴν θάλασσαν ῥίπτουσιν, ὅτε μέγιστος χειμὼν καταλάβῃ καὶ τελευταῖος. λέγεται γοῦν ἐπὶ τῶν ἐπιχείρημα μελλόντων ἐρεῖν πάντων μέγιστον.

I.

17. HIPPARCHI murus.] Hic cùm Academiam muro sepsisset, vectigal Atheniensibus imposuit, ductoque in longum tempus ædificio, plurima exigere studuit. Hinc tractum Prouerbium de ingentes sumtus facientibus, re interim infecta manente.

18. Sacra anchora.] Quæ in naui maxima est, eam sacram nominare soliti: quam in mare, exorta summa procella, & periculosa tempestate, iaciunt. Dictum itaque Adagium, quoties de ingenti rei cuiusque conatu loquimur.

K.

19. ΚΥΡΝΙΑ γῆ.] Κύρνος νῆσος ἄβατος τοῖς πλέουσι, διὰ τὰς συνεχεῖς λῃστείας τῶν ἐν αὐτῇ.

20. Κράδης ῥαγείσης.] Κράδη νῦν οὐχ ὁ σύκινος κλάδος, ἀλλ' ἡ ἄγκυρα, ἀφ' ἧς οἱ ὑποκριταὶ ἐν ταῖς τραγ-

K.

19. CYRNIA tellus.] Cyrnus insula ob crebra ibi latrocinia nauigantibus inaccessa.

20. Crada rupta.] Κράδη hîc non significat, vt aliàs, ramum ficulnum, sed vncum, ex quo pendunt actores in Tragicis

16. Ex Aristoph Νεφέλαις sumtum, Θυμόσοφός ἐστι φύσει, *Ingeniosus & sollers naturâ*, hoc est, ἐκ τοῦ ἰδίου θυμοῦ σοφός, καὶ οὐκ ἐκ μαθήσεως. vt vulgò dicitur, alium infusam, acquisitam alium habere scientiam. Oppositum fortè θυμοφθόρος, *animo pernitiosus*, videatur.

17. Locus deprauatus: vt leg. videatur βαλλόμενος τεῖχος. quod etiam expressi, ne hiulcus esset locus; Prouerbium habet & Diogenianus. Diuersum ab eo, quod è Zenobio adfert Chiliastes, *Hipparchion mutus*.

19. C. Plinio Cyrnus, quæ *Corsica* est hodie, & infamis adhuc improbis incolis & piraticis myoparonibus. Erasmus è Zenobio, vbi non comparet, legit alibi Κύρνεα ἄτη, sed corruptum apparet ἄτη ex γῆ, & prima vocali è superiore voce male repetita.

20. Κράδη καὶ κράδα ficum designat, auctore Hesychio, & Suida ex Aristophane, Nicandro, aliis, διὰ τὸ συνεχῶς κραδαίνεσθαι, *quòd vibretur assiduè*; Etymol. at hîc hamus pegmatis seu vncus est, vnde appensæ Deorum in Scenam inductorum imagines. Hinc & aliud Prouerbium: Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς

gicis machinis Dei, quem inducunt, imaginem, vinculis ac fasciis alligatam. Vsurpatur ergo Prouerbium in eos qui derepentè apparent, & indecorè rem gerunt.

21. Cygnea cantio.] De morti vicinis dicitur. Ferunt enim cygnos morti vicinos suauè canere.

22. Cõmunia Mercurius.] Quòd furto sublata in medium conferret, vel quòd communis sit oratio.

23. Fumosus poeta.] Qui nihil conscribit illustre. Qualis lapis niger quasi fumo denigratus: &, *Fumida vitis*, quæ & nigra.

24. Etiam in Deorum concilio.] In eos qui supra modum accusant. Di-

καῖς μηχαναῖς ἐξαρτῶνται θεοῦ μιμούμενοι ἐπιφάνειαν ζωστῆρσι καὶ ταινίαις κατειλημμένην. λέγεται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν προφανέντων αἰφνιδίως καὶ ἀσχημονούντων.

21. Κύκνειον ᾆσμα.] Ἐπὶ τῶν ἐγγὺς θανάτου ὄντων. λέγονται γὰρ οἱ κύκνοι πρὸς τῇ τελευτῇ ᾠδικώτατοι γίνεσθαι.

22. Κοινὰ Ἑρμῆς.] Ἀπὸ τοῦ καταφώρια τάξαι τὸν Ἑρμῆν· ἢ ὅτι ὁ λόγος κοινός.

23. Καπνίας ποιητής.] Ὁ μηδὲν λαμπρὸν γράφων. καὶ οἷον ὁ καπνίας ὁ κεκαπνισμένος, καὶ κάπνιος ἄμπελος, ἡ μέλαινα.

24. Καὶ θεῶν ἀγορᾷ.] Ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν κατηγορούντων. εἴρηται

ται

χανῆς ἐπιφανείς. *Deus è machina apparens.* & Horatius in Arte:

Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit. ——

Iulius Pollux Onomastici lib. IV. cap. XIX. de theatro agens: Ἡ μηχανὴ θεοὺς δείκνυσι, καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι Βελλεροφόντας, καὶ Περσέας· καὶ κεῖται κατὰ τὴν ἀριστερὰν πάροδον, ὑπὲρ τὴν σκηνὴν τὸ ὕψος. ὃ δὲ ἐν τραγῳδίᾳ μηχανή, τοῦτο ἐν κωμῳδίᾳ κράδη. δῆλον δὲ, ὅτι συκῆς ἐστι μίμησις. κράδην γὰρ τὴν συκῆν καλοῦσιν οἱ Ἀττικοί. *Machina Deos exhibet, heroes illos aëreos, Bellerophontem nimirum & Persea: & dicitur ad sinistrum introitum supra scenam altitudine extendi. Quod verò in Tragœdia machina, hoc in Comœdia cradę dicitur. Vnde constat ficum repræsentare. Ficum enim Attici* κράδην *nominant.* Hesychius: Κράδη συκῆ, κλάδος, καὶ ἀγκυρὶς ἐξ ἧς ἐνῆπτοντο οἱ ἐν ταῖς τραγικαῖς μηχαναῖς ἐπιφαινόμενοι. qui locus mutilus, vt illius pleraque: & plura è Zenodoto nescio quo (nec enim in nostro hodie comparet παροιμιογράφῳ) adfert Henr. Stephanus in Thesauro: Ἀγκυρίς, ἀφ' ἧς ὑποκριταὶ ἐν ταῖς τραγικαῖς σκηναῖς ἐξαρτῶνται θεοῦ μιμούμενοι ἐπιφάνειαν ζωστῆρσι ταινίαις κατειλημμένοι.

Noster verò paullò hęc melius extulit. Deriuata & hinc Adagia; Κραδοφάγος, qui & Συκοφάγος, *ficus vorans.* & Κραδηφορία. Plutarchus lib. IV. Sympos. de Iudæis differens: quasi *ramorum gestatio*, qualis festo τῶν βαΐων, exeunte nobis quadraginta dierum ieiunio. & Κραδηπῶλαι Eustathio in Hom. Odyss. ά.

22. Suidas sic extulit, Κοινὸς ὁ Ἑρμῆς, *Communis Mercurius*, quomodo Lucianus, Plutarchus, & alij. Fabulam habet lepidam Plato in Protagora, & vberius Aristides libro 2. aduersus Platonem pro Rhetorica, versam etiam ab Erasmo Chil. II. Cent. I. Adagio 85.

23. Prouerbia quoque, *Fumos vendere*, & *In fumos abire.* De Verconio Thurino fumis extincto, quòd verba dans fumos venderet, hoc elogio: *Fumo pereat, qui fumos vẽdidit*: refert Ælius Lampridius in Alexandri Augusti vita, & in Elagabalo, de eius farinæ hominibus vanis. Ceterùm ἄμπελος καπνίας est & apud Aristot. lib. IV. De generat. animalium, & Theophrastum lib. II. & V. Hist. plantarum, vbi *capniam* & *fumidam* reddidit Theod. Gaza, mediamque inter

ter

ται καὶ ἡ παροιμία, Ὅτι καὶ ἐν ἀγορᾷ θεῶν δυσφημήσειαν. Θεῶν ἀγορὰ, τόπος ἐν Ἐλευσίνῃ, εἰσίασι δ' εἰς αὐτὸν πάντες εὐφήμως.

25. Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς.] Αὕτη ἐπὶ τῶν τὴν ἐσχάτην βοήθειαν κινούντων.

26. Καρικὸν θῦμα.] Ἐπὶ τῶν ἄσαρκα μέλη θυόντων. οἱ γὰρ ἱερουργοῦσι κύνα.

27. Κορδύλης οὐκ ἄξιος.] Κορδύλη πᾶν τὸ διεστραμμένον καὶ ἐξέχον λέγεται· καὶ περὶ τὸν ὦμον δεσμὸς, κορδύλη.

28. Κασσιωτικὸν ἅμμα.] Ἐπὶ τῶν σκολιῶν τοὺς τρόπους. ἀπὸ τῶν ἐν Πηλουσίῳ κασσιωτῶν τέχνην ἁμμάτων ἐπιτεχναζομένων.

29. Καθ' ἑαυτοῦ Βελλεροφόντης.] Βελλεροφόντης Πειρῆνα ἀνελὼν, εἰς Τίρυνθα φυγὰς ἐξ Ἄργους, παραγίνεται πρὸς Προῖτον. ὁ δὲ πέμπει πρὸς Ἀμισόδαρον διαβληθέντα ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, γράμματα ἔχοντα, ὥστε τὸν φέροντα κτεῖναι. ἦν δ' Ἀμισόδαρος Λύκιος.

ctum quoque sic Prouerbium: *Hic vir in Deorum etiam cœtu maledicat.* Erat & Athenis θεῶν ἀγορὰ locus in Eleusine, quem omnes benè precantes & ominantes ingrederentur.

25. Mouebo à sacra linea.] De iis qui ad extremam opem se recipiunt.

26. Caricum sacrificium.] De iis qui nuda carnibus membra immolant. Cares enim canem sacrificare soliti.

27. Cordyla indignus.] Κορδύλη contortum omne & eminens appellatur. itemque circa humeros vinculum.

28. Cassioticus nodus.] In eos qui sinistris sunt moribus iactatum, tractumque à Cassiotis Pelusio Ægypti vicinis, nodos dextrè nectere consuetis.

29. Bellerophontes contra seipsum.] Hic Pirenam cùm occidisset Argis, fugit Tirynthem ad Prœtum Regem: qui vxoris suæ calumnia circumuentum ad Amisodarum eum misit, datis ei litteris quibus, qui ferret, occideretur. Erat verò Amisodarus Lycius.

Belle-

ter albam & atram alij collocant. Sed de his Medicorum Rusticorumque filij disceptent, & ad Dioscoridem interpretes.

25. Siue τὸν κύβον, *talum*, exaudias, cum Desiderio; siue κάμηλον *funem nauticum* cum Suida, ducetur vel ab aleatoribus, vel à nautis tralatio. Pollux certè lib. IX. à tesserarum ludo tractum ait. Plutarchus aduersus Colotem Epicureum: Εὐθὺς οὖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς κεκίνηκεν ὁ Κολώτης. *Statim Colotes à sacra mouit linea.* Idemque sæpè aliàs apud Erasmum Adag. 25. Centur. I. Plato lib. V. Legum: Καθάπερ πεττὸν ἀφ' ἱερᾶς. *Quasi à sacra excidens linea.* Theocritus in Bucoliastis: Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς κινεῖ λίθον. *A linea lapidem mouet.*

26. Suidas ἄσαρκα καὶ ἄβρωτα, nuda ossa, nec esui apta, idque ex Eunapio.

27. Aristoph: interpres initio Νεφέλων annotat Cyprios Κορδύλην vocasse τὸ περιείλημμα τῆς κεφαλῆς, *Capitis inuolucrum.* & in Eirenem: Ὑπόπτά εἰσι συγκύμματα ὄψεων καὶ κρούσματα, ἃ περ κορδύλας φασίν. Plura Cælius Rhodig. lib. XV. Antiq. lect. cap. 58.

28. Refertur & à Diogen. & Suida. Hesych. legit Κασσιωτικὰ ἱμάτια, pro quo tētabat Erasf. ἱμαντία, *loca Caßiotica.* Affinia sunt *Nodus Gordius & Herculeus.* & Suidæ κάθαμμα λύεις.

29. Suidas ita: Καθ' ἑαυτοῦ Βελλεροφόντης. de iis

Bellerophontes itaque ignarus litteras contra seipsum detulit.

ἀγνοῶν οὖν ὁ Βελλεροφόντης τὰ γεγραμμένα καθ' ἑαυτοῦ ἀπενήνεγκεν.

30. Iactabundus Maximus.] Hic Pompeij legatus fuit, quem Cypro & Sardiniæ præfecerat: at Iulio Cæsari ob fastum inuisus, occisus est. Dictum in eos qui supra modum sese efferunt.

30. Κομπᾶς Μάξιμος.] Οὗτος ὕπαρχος ἦν Πομπηΐου, πιστευθεὶς Κύπρον καὶ Σαρδώ. ἀγανακτήσας δὲ καθ' ἑαυτοῦ Καῖσαρ Ἰούλιος δι' ἣν εἶχεν ὑπεροψίαν, καθεῖλεν αὐτόν. λέγεται ἐπὶ τῶν ὑπὲρ τὸ δέον φρονούντων.

31. Æquales si sint calculi.] Ductum à iudiciorum suffragiis. Absoluuntur enim rei, cùm calculorum par est numerus.

31. Κἂν ἴσαι ψῆφοι γένωνται.] Ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις ψήφων. ἀπελύοντο δὲ οἱ κρινόμενοι, ὅτε ἴσαι αἱ ψῆφοι ἐγένοντο.

32. Hirci Cilicij.] Pro pilosis & hirsutis. Tales enim in Cilicia: vnde &, *cilicia* dici cœpta [*vestimenta hirsuta.*]

32. Κιλίκιοι τράγοι.] Οἱ δασεῖς. τοιοῦτοι οἱ ἐν Κιλικίᾳ, ἀφ' ὧν τὰ Κιλίκια γίνεται.

33. Concham diducere.] De iis qui facilè quid agunt. Tale illud: *Concham diuisisti*, pro rem adæquasti.

33. Κόγχην διελεῖν.] Ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως τι ποιούντων. Κόγχην διεῖλες, ἀντὶ τοῦ ἴσον ἐποίησας.

34. Conto nauigare.] Hoc est, decenter viuere.

34. Κοντῷ πλεῖν.] Ἐπὶ τοῦ πρεπόντως ζῆν.

35. Aries lasciuiens.] Plato Comicus pro magno dixit. ἀσελγὴς enim non modò lasciuũ, sed & magnũ significat, vt, *Ingens ventus*: meliùs tamen pro valétiore, & pro cornib⁹ petéte vsurpetur.

35. Κριὸς ἀσελγέστερος.] Πλάτων ὁ κωμικὸς, τὸν μέγαν φησί. τὸν γὰρ ἀσελγῆ οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀκολάστου, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἔταττον, ὡς Ἄνεμον ἀσελγῆ. ἄμεινον δὲ τὸν κρείττονα, καὶ τοῖς κέρασιν ἐξυβρίζοντα λέγειν.

36. Κρ-

de iis qui malum sibi accersunt. Aliter Zenobius commemorat: item Homerus vi. Iliad. eiusque interpretes, item Strabo, & Hyginus: Bellerum fratrẽ imprudens occidit, vnde illi nomen adhæsit, qui anteà Hippon dictus, Glauco Sisyphi filio natus. Prœti coniux *Antea* dicta, aliter Sthenobœa, Amphianactis siue Iabatis filia, quæ ad stuprum adolescentem cùm sollicitasset, repulsamque passa esset, amorem in odium hostile vertit, vt aliàs sæpè libidinosas egisse feminas, vt innocentes accusarent, variis exemplis declarat M. Antonius Muretus lib. I. Var. lect. cap. XII. pluraque adiecit Guiliel. Canterus lib. VI. Nouarum cap. II. Pro *Amisodaro* habet idem Zenobius *Iobateu*. vide & Apostolium in Παγάσου ταχύτερος. Simile verò exemplum in Sacris legitur litteris, 2. Regum XI. ver. 14. de Vriæ datis à Dauide litteris, quas hodieque Prouerbij vice vulgus vsurpat.

31. Cur absoluendi potiùs rei quàm condemnandi, disserit in Problematis Aristoteles, & hoc Adagio Erasmus.

32. *Cilicia* Suidæ dicta, τὰ ἐκ τῶν τριχῶν συντιθέμενα, *vestes ex pilis hirsutis composita.*

35. Hesychius eadem, & Suidas, qui ἀσελγόκερως legunt, pro *cornibus lasciuiente.* Erasmus.

36. Κρονικαὶ λῆμαι.] Ὡς τὸ, Χύτραις λημᾷν, καὶ κολοκύνταις. ἐπὶ τῶν ἀμβλυωπούντων.

37. Κρόνου πυγή.] Τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀναίσθητον.

38. Κυλλοῦ πήραν.] Κυλλοὺς Ἀττικοὶ καὶ ἐπὶ τῶν ποδῶν, καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν ὁμοίως λέγουσιν. οἱ δὲ Κύλλον φασὶ, βαρυτόνως. ἐπὶ τῶν τὴν φύσιν βιαζομένων ἐξ ἐπιτεχνήσεως. ἔτι δὲ τόπος ἐν Ἀττικῇ Κύλλου πήρα, ἐν ᾧ καὶ κρήνη· πίνουσι δὲ ἐξ αὐτῆς αἱ στεῖραι, καὶ συλλαμβάνουσιν.

39. Κακὴ προδοσις.] Ἐπὶ τῶν [ἐρωμένων λέγεται] τῶν] μετὰ τὴν μίξιν τὸν συγκείμενον κομιζομένων μισθόν.

40. Κλειτοριάζεις.] Ἐπὶ τῶν παιδεραστῶν φασὶ ταύτην τετάχθαι. ἄλλοι δὲ περὶ τῶν πρὸς τὰ γύναια ἀκολάστων.

41. Κακοὶ μὲν θρῖπες, κακοὶ δὲ ἶπες.] Θρῖπές εἰσι θηρία διὰ ξύλα ἐσθίοντα· ἶπες δὲ κέρατα λυμαίνονται. ἐπὶ τῶν ἑκατέρωθεν ὁμοῦ βλαπτόντων ἡ παροιμία.

36. Saturniæ lemæ.] Quale illud: *Ollarum aut cucurbitæ instar lippire.* Dictum in cæcutientes.

37. Saturni podex.] De re antiqua & insipida.

38. Claudi mantica.] Atticis κυλλὸς manibus pedibusq; mutilum sonat. κύλλος etiam tono in primam reducto effertur. Prouerbium de iis iactatum, qui arte quadam vim naturæ adferunt. Locus ad hæc in Attica Cylli pera, in quo etiam fons est, vnde steriles cùm biberint, mox concipiunt.

39. Mala proditio.] De iis dicitur, qui mercedem post coïtionem accipiunt.

40. Κλειτοριάζεις.] In nimis libidinosos iactatum. Quidam etiam in nimis mulierosos dictum putant.

41. Malæ & teredines, malæ & scolopendræ.] Illi vermes ligna rodunt; hi verò cornua lædunt. De iis itaque Adagium dicitur, qui vtrimque lædunt.

42. Ceria

Erasmus, vt nihil sit à propria notione recedendum, de vento agitato ac vagando lasciuiente, dici posse arbitratur.

36. Aristophanis est in Nebulis, Λημᾷς κολοκύνταις, hoc est, *Lemas in oculis habes maximas cucurbitarum instar.* Et in Pluto: Ὦ Κρονικαῖς γνώμαις λημῶν τε τὰς φρένας ἄμφω. *O mente rapti, ô cæcus mentes.* Vide Scholia Gr.

37. Diogenianus & Suidas κρέας addunt: explicantque, etsi id inficietur Erasmus, de carnibus vetulis & insipidis.

38. Suidas ampliùs, Atticæ esse locum iuxta Hymettum, in quo & Veneris fanum sit, & fons limpidus, quo quę biberint mulieres (quod dictu est incredibile) conciperentur. Hesychius ex Aristophane in Centauris, Suidas ex Cratino in Mollibus explicant Adagium, & Erasmus *Manci pera* Adag. 41. Chil. IV. Cent. VI. Vulcani quoque epitheton est Κυλλοπόδης. Vide Homerum, & Epitheta.

39. Habet & Diogenianus, vnde hîc glossema sustuli, ἐρωμένων λεγέται: quod aliò pertinens hîc intrusum. Augusti est apud Plutarchum Apophthegma: Ἐγὼ προδοσίαν φιλῶ, προδότας δ' οὐκ ἐπαινῶ.

40. Hesychius & Suidas Κλείτορις quid sit explicant.

41. Θρὶψ vermiculus est ligno innascens, etsi Gaza *tineam* reddidit apud Theophrast. lib. V.

42. Cerina mors.] Cænias Crotone tyrannidem instituens Apollinem super imperio consuluit, à quo responsum tulit: *Cerina te manet mors.* Mox ex Thuria iuuenes duo visi litteras tradiderunt, quas resignatas dum legeret, ab illis interimitur.

43. Colophonia insolentia.] Hi ob diuitias elati visi sunt contumeliam facere, & Smyrnam suffragio suo in Panionio iuuabant. Vnde & illud manauit Prouerbium, *Colophonem addidisti.*

44. Cyprius bos.] In excrementis vescentes resque nihili iactatum. Tales enim Cyprij boues.

45. Contra se puluerem metit.]

46. Aquæ inscribere.] De iis qui ea quæ fieri nequeunt aggrediuntur.

47. Canis Acalanthis.] Athenis hic erat clarus hoc nomine canis. Fertur verò Parœmia de iis qui præ nimia festinatione res à se inchoatas imperfectas relinquunt: vt ille, immò omnes canes imperfectos pariunt.

42. Κήρινος θάνατος.] Καινίας ἐν Κρότωνι τυραννίδα κατασκευασάμενος, περὶ τῆς ἀρχῆς ἀνηρώτα τὸν θεόν. ὁ δὲ ἀνεῖλε, ὡς κήρινος αὐτὸν ἀναμένει θάνατος. ἐκ δὲ τῆς Θουρίας δύο νεανίσκοι ἐπέστησαν γραμματίδιον ἀναδιδόντες, ἐν ὅσῳ δὲ λύων τοῦτο ἀνεγίνωσκε, ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθη.

43. Κολοφωνία ὕβρις.] Ἐπεὶ δοκοῦσιν ὑπὸ πλούτου ἐπαρθέντες ἐξυβρίσαι, καὶ Σμύρναν τῇ τούτων ψήφῳ κεχρῆσθαι εἰς τὸ Πανιώνιον. ἀφ' οὗ καὶ ἡ, Τὸν κολοφῶνα * ἐπῆλθε, παροιμία.

44. Κύπριος βοῦς.] Ἐπὶ τοῦ κοπροφάγου καὶ εἰκαίου τάττεται. τοιοῦτοι γὰρ οἱ Κύπριοι βόες.

45. Καθ' ἑαυτοῦ τὴν κόνιν ἀμᾶται.]

46. Καθ' ὕδατος γράφειν.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτοις ἐπιχειρούντων.

47. Κύων Ἀκαλανθίς.] Κύων ἦν ἐν Ἀθήναις ἐπίσημος οὕτω καλουμένη. λέγεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν διὰ σπουδὴν ἀτελέστατα καταλιμπανόντων τὰ ὑπ' αὐτῶν πραττόμενα. ἐπεὶ κἀκείνη, μᾶλλον δὲ πᾶσαι κύνες ἀτελέστατα κύουσι.

48. Κἂν

---

lib. v. Hist. plantarum. Ἲψ verò cornibus & vitibus infestus est. Scolopendram alij nominant. Homer. Odyss. φ. ver. 395. Μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν ἀποιχομένοιο ἄνακτος. Græcis etiam ἴψαι est *lædere*, teste Etymologico Gr. Sequenti Prouerbio ὁ δὲ ἀνεῖλε malui quàm ἀνεῖπε, quod est præconij, illud verò oraculi proprium.

43. Pro ἐπῆλθε repono ἐπέθηκες, vt infrà in Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκες: vbi duo rursum malè confusa sunt Adagia. Respexit ad hanc historiam (etsi id fugit interpretes) Theognis ver. 1100.

Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε καὶ Κολοφῶνα,
Καὶ Σμύρνην, πάντως Κύρνε καὶ ὔμμας ὀλεῖ.
Nequitia euertit Magnetas cum Colophone,
Smyrnam etiam, quæ nos mox dabit exitio.

Vide Erasmum Adag. *Colophonium suffragium*, & *Colophonia ferocitas*, & Suidam in Μαγνήτων κακά.

45. Prouerbia vide: *Vt sementem feceris, ita & metes*: quod & in Sacris litteris frequens est. &, *Miseram metis messem.* Κόνις an κονὶς hîc incertum. illud lentem, hoc puluerem notat teste Ammonio, aut Cyrillo.

47. Πᾶσαι κύνες. vnde & Prouerbium natum: Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει. *Canis festinans cæcos parit catulos.*

48. Aristo-

48. Κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν.] Ἐπὶ τῶν ἀποκερδαινόντων τὰ τῶν πάντων ἢ καὶ τὰ τῶν τεθνεώτων.

49. Καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρᾷς.] Αὕτη Σοφόκλειος. πεποίηται γὰρ Ἐριφύλη πρὸς Ἀλκμαίωνα λέγουσα, Καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρῶ. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἐκτεταμένως πρὸς ὁπουοῦν βλεπόντων καὶ καινὸς καταπλησίαν τι δοκούντων ὁρᾶν. οἱ δὲ ἐπὶ τῶν εἰς κλοπὴν ὑπονοουμένων. κωμῳδοῦνται γὰρ Ἀργεῖοι ἐπὶ κλοπῇ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐχρήσατο.

Λ.

50. ΛΕΒΗΡΙΔΟΣ τυφλότερος.] Τὸ τοῦ ὄφεως δέρμα φασὶ Λεβηρίδα. ἕτεροι δὲ τὸ τοῦ κυάμου λέπισμα.

51. 52. Λερναία χολή· καὶ, Λέρνη κακῶν.] Διὰ τὸ τοὺς Ἀργείους τὰ καθάρματα εἰς αὐτὴν βάλλειν· ἢ διὰ τὸ τὸν Δαναὸν ἐκεῖ τὰς τῶν Αἰγυπτιάδων κεφαλὰς καταθέσθαι· ἢ ἀπὸ τῆς ὕδρας τῆς πολυκεφάλου ἐν αὐτῇ γινομένης.

48. Vel à defuncto vectigal auferre.] De quauis ex re lucrum captante, etiam à mortuis.

49. Etenim Argiuos vides.] Prouerbium est Sophocleum. Inducit enim Eriphylem cum Alcmęona sic loquentem: *Argiuos etenim video.* Vsurpatum autem in iis qui intentè quid considerant, & quod placet cum stupore suspiciunt. Alij de iis vsurpant, qui de fraude suspecti sunt. Argiui enim furacitatis notantur, atque adeò à Sophocle traducuntur.

Λ.

50. CÆCIOR leberide.] Serpentis exuuias Leberida Græci nominant. Alij fabæ corticem esse dicunt.

51. 52. Lernęa bilis: &, Lernæum malum.] Dicuntur Prouerbia, quòd sordes ac purgamenta in eam paludem mitterent Argiui: vel quòd Danaus eò capita Ægyptiadum proiecit: vel denique quòd multorum capitum hydra ibi sit nata.

53. Albus

48. Aristotelis est libro II. Rhetor. ad Theodectem. Habent alij φερολογεῖν, exstatque Senarius:

Αἰτεῖν καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα.
Ipsis farinas poscit à statuis simul.

Notum de Vespasiano Imp. è lotio vectigal exigente, ac dicente illud Prouerbiale apud Tranquillum & Iuuenalem:

—*Lucri bonus est odor ex re Qualibet.*

49. Habet Prouerbium Suidas, & ex eo Desiderius Chil. IV. Centur. I. Adagio 2. Ille hîc ἀπηκτικῶς rectiùs legit: hic ab Oreste furiis agitato Prouerbium deriuari coniicit: veriùs tamen à Sophocle in ea quæ fortè intercidit, Tragœdia.

50. Addit Suidas: *Leberide nudior.* item, *Cindalo & pistillo nudior.* quia κίνδαλος auicula est carne tenui, & leuis. Leberidem quoque pauperem quemdam fuisse. σύφαρ etiam pellis illa, serpentis exuuiæ dici solitæ, vt ad Zenobium notabamus.

51. 52. Strabo lib. VIII. Geogr. & Zenobius. Sic Hesychius theatrum Λέρνην θεατῶν *spectantium colluuiem* nominat. De *Lernæa bili* nihil sanè Erasmus. Fortè dicta quòd Herculi bilem mouerit Lernææ serpentis repullulantibus idemtidem capitibus, laboribusque continuis renascentibus, quibus eum hera Iuno assiduè exercitum habuit. Certè Aristophanes in Vespis, & ex

53. Albus calculus.] De iis qui fauſtè viuunt aut infauſtè.

54. Lemnia manu.] Hoc eſt, crudeli ac nefaria. Tractum ab illorum inſulanorum improbitate.

55. Fera Libyca.] De variis & immutatis monſtris dictum. Ferunt enim cùm aquis Africa careat, varias inter ſe feras conuenire ſolitas, & inuicem ineundo, monſtroſa hinc & alibi non viſa gigni animantia.

56. Lapidem decoquis.] In eos dictum, qui quæ fieri nequeunt, temerè aggrediuntur.

57. Lapidum libamina.] Argentum nimirũ & aurũ. Sic enim Euripides: *Albos habẽtes lapides mirè ſuperbiunt.*

58. Lydus in meridie.] Quandoquidem illo ferè tempore caprarij libidinosè laſciuiunt. Affine illi Adagium eſt: *Caprarius in æſtu, vel herba.*

59* Lycæus.] Apollinis epitheton: itemq; locus vbi fontes manant quà vini quà mellis: in quos animalia contingit inſilire, & iaculis configi.

53. Λευκὴ ψῆφος.] Ἐπὶ τῶν εὐδαιμονέστερον ἢ δυστυχῶς ζώντων.

54. Λημνία χειρί.] Ὠμῇ, παρανόμῳ, ἀπὸ τῆς παρανομίας αὐτῶν.

55. Λιβυκὸν θηρίον.] Ἐπὶ τῶν ἐξηλλαγμένων. φασὶ γὰρ, ἀνύδρου τῆς Λιβύης οὔσης, εἰς ἓν συνέρχονται παντοδαπὰ ζῶα· εἶτα ἀλλήλων ἐπιβαίνοντων ἐξηλλαγμένα καὶ σύμμικτα ἀποτελεῖται ζῶα.

56. Λίθον ἕψεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνατόν τι κατεργάζεσθαι ἐπιχειρούντων.

57. Λίθων χοαί.] Ἄργυρος καὶ χρυσός. καὶ γὰρ Εὐριπίδης·

Λευκοὺς λίθους ἔχοντες αὐχοῦσι μέγα.

58. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ.] Ἐπειδὴ ἐν ταύταις τῆς ὥραις αἱ αἰπόλοι ἀκολασαίνουσιν. ἔστι δὲ παραπλήσιος τῇ, Αἰπόλος ἐν καύματι, ἢ ἐν βοτάνῃ.

59. * Λύκειος.] Ἀπόλλωνος ἐπίθετον, καὶ τόπος ἐν ᾧ κρῆναι ἀνεδόθησαν, ἡ μὲν οἴνου, ἡ δὲ μέλιτος· ἐν αἷς συνέβαινε τὰ ζῶα προσιζάνειν καὶ τοξεύεσθαι.

60. Λύκος

& ex illo Ariſtides, habent Ἡρακλέους ὀργήν. Philo verò Iudæus Ἡρακλικὸν ἀπλμίαν, vt hîc Ἡρακλεία ὀργὴ leg. fortè videatur.

53. Addendum Adagio videtur ex interpretatione ἢ μέλαινα, vt in Suida. vel, vt in Apoſtolio, omittendum ἢ δυστυχῶς.

54. Ita quoque *Lemnium obtutum*, Λήμνιον βλέπειν, Prouerbij ſpecie Euſtathius vſurpat ad Iliad. ά. Homeri, pro δεινὸν καὶ πυρώδες βλέπειν. De illorum ſanguinaria immanitate Herodotus in Erato; vnde & Prouerbiũ *Lemnium malum.* Ignem ibi primùm ferunt repertum, artemque & officinas ferrarias, quò & delapſus Vulcanus artem exerceret, claudus ille Deus. Vide Heſych. in Λημνίοις.

55. Paucis immutatis eadem in Suidæ collectaneis.

56. Ariſtophanis eſt in Comœdia, cui titulus Σφῆκες: Λίθον ἕψεις ἔλεγεν. *Lapidem inquit elixas.* Addo equidem Platonis locum in Eryxia: Καταμαθὼν δὲ αὐτὸν ἐγὼ ὅτι ἴσον ἂν πεῖσαι, ὅσον ἂν τὸ λεγόμενον, λίθον ἑψῆσαι. *Cognito tale quid eſſe illi perſuadere, quale quod dici vulgò aſſolet, lapidem decoquere.*

58. Suidas idem: ſed de Lydis, quod de caprariis noſter, extulit. de vtriſque Zenobius, & Eraſmus diuersè. Vide & Λυδιάζειν, & Λυδὸς καπηλεύει. *Lydus cauponatur.* Et, *Lydi mali, ſecundi Aegyptij, tertij Cares.*

59. Nihil ſimile Adag. itaq aſteriſco notaui.

60. Sui-

60. Λύκος ἔχανεν.] Ἐπὶ τῶν ἐλπιζόντων μὲν χρηματιεῖσθαι, διαμαρτανόντων δὲ τῆς ἐλπίδος.

61. Λευκώλενον λῖνον κερδῶν γαμεῖς.] Κατὰ τῶν ἐπὶ κέρδει γαμούντων τὰς αἰσχρὰς, ἢ τὰς γεγηρακυίας.

62. Λοκρικὸς βοῦς.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν. Λοκροὶ γὰρ ἀποροῦντές ποτε βοῶν πρὸς δημοτελῆ θυσίαν, ὑποθέντες ξύλα μικρὰ, καὶ σχηματίσαντες βοῦν, οὕτως δὲ θεῖον ἐθεράπευσαν.

63. Λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.] Ἀκροατὴς ὁ Ἑρμόδωρος ἐγένετο Πλάτωνος, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ συντεθειμένους λόγους εἰς Σικελίαν κομίζων ἐπώλει. ὅθεν ἡ παροιμία.

64. Λυγκέως ὅμοιος.] Οὗτος ὀξυδερκέστατος γέγονεν, ὡς τὰ ὑπὸ γῆν ὁρᾶν.

65. Λέοντα ξυρᾶν.] Ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν τι ποιούντων.

66. Λημᾶν χύτραις ἢ κολοκύνταις.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀμβλυωπούντων. ἀποσκώπτουσι δὲ αὐτὰ . . . . καὶ ἰσαζούσας χύτραις.

60. Lupus hiat.] De sperantibus quidem diuitias, spe verò frustratis.

61. Album linum lucro ducis.] In eos qui lucri gratia deformes ducunt vxores, aut vetulas.

62. Locrensis bos.] De vili re ac modica. Locrenses enim publicè sacrificaturi, & boue carentes, paruis compositis lignis ad bouis simulacrum rem sic diuinam fecerunt.

63. Orationibus negotiatur Hermodôrus.] Platonis hic fuit auditor, ab eoque compositas orationes in Siciliam venales tulit. Hinc natum Prouerbium.

64. Lynceo similis.] Acutissimo hic fuit adspectu, vt & ea quæ sub terra erant cerneret.

65. Leonem tondere.] Qui quod sibi noxium sit, agit.

66. Ollis aut cucurbitis lippire.] In cæcutientes iactatum, scommate quodam. . . . .

67. Quer-

60. Suidas ad eumdem modum, qui pòst non longè Æliani locum subiicit, in quo illud occurrit venustum: Ἵνα μὴ αὐτὸς ὄφλῃ γέλωτα ἄλλοις, ἀλλ' ἐκεῖνοι αὐτῷ. *Ne aliis risum ipse deberet, sed sibi alij.* Qua Ἑλληνικῇ φράσει dixit & Flaccus: *Tu nisi ventis debes ludibrium.* & Terentius alibi, vt in Obseruationum libris docui.

61. Refert & Diogenianus, legitque vna voce κερδογαμεῖς.

63. Respexit huc M. Tullius lib. XIII. Epist. XXI. ad Attic. *Hocne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est diuulgare: ex quo,* λόγοισιν Ἑρμόδωρος. Cui si ἐμπορεύεται adiicias, Senarius erit trimeter, quem sic diuerso paullulùm sensu reddidit Desiderius:

Sunt Hermodori verba mercimonium.

Hinc & λογέμποροι, qui verba venderent linguamque haberent venalem.

66. Hiatus hîc erat in membranis Vaticanis. Affine suprà Adagio 36. *Saturniæ lemæ*, ex Aristophanis Pluto. Lucianus in Timone: Λημᾷς καὶ ἀμβλυώττεις πρὸς γινόμενα. *Ad ea quæ geruntur calgas & lippis.*

67. Singu-

M.

67. QVERCVS flagitium.] Apud Euripidem in Erechtheo, obscurè quis contra Thebanorum scelus dixit, in Dodonæum oraculum commissum: vnde & alterum natū est Prouerbium: *Bœotis vaticinare.* Impiè enim feminam sacerdotem Apollinis in feruentem lebetem Dodonæ miserunt, quòd amore cuiusdam oraculum consulentis capta esset.

* Medimn⁹, mēsura est chœnicū 48.

68. Mus picem gustat.] In eos qui nuper malè quid agere aggressi sunt. Alij sic: *Quanta mus apud Pisam?*

69. In tesseris Midas iact⁹ prosperrimus.] Iactus vocabulū est Midas, cuius etiā Eubulus in Aleatorib⁹ meminit.

70. Furor est non omnibus idē.]

M.

67. ΜΙΑΣΜΑ δρυός.] Παρ' Ευριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ αἰνιττόμενον τὸ Θηβαίων παρανόμημα, εἰς τὸ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον, ἀφ' οὗ καὶ παροιμία, Βοιωτοῖς μαντεύσαιο. ἠσέβησαν γὰρ εἰς τὴν ἱερείαν ἐμβαλόντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐν Δωδώνῃ λέβητα ζέοντα, ἐρωτικῶς διατιθεῖσαν εἰς ἕνα τῶν θεωρῶν.

* Μέδιμνον, μέτρον χοινίκων μη.

68. Μῦς πίττης γεύεται.] Ἐπὶ τῶν νεωστὶ κακῶς πραττόντων. τινὲς δὲ οὕτω γράφουσι, Ὅσα μῦς ἐν πίττῃ.

69. Μίδας ἐν κύβοις εὐβολώτατος.] Βόλου ὄνομα ὁ Μίδας, οὗ καὶ Εὔβουλος ἐν Κυβευταῖς μέμνηται.

70. Μανία οὐ πᾶσιν ὁμοία.] Τῶν μανιῶν,

---

67. Singulare Adagium. nec enim alibi lectum. ἐν Ἐρεχθεῖ vinctam dictionem segregaui. intercidit ea Tragœdia, vt pleraſq; illius amissas catalogo obseruaui. Meminit frequenter Stobæus in Gnomis & Stephanus in Αἰθίοψ. ac Plutarchus in Parallelis minoribus cap. XL. & alij. Alterum, *Bœotis vaticinare*, est in Zenobio nostro, & Chiliaste Erasmo Chil. II. Cent. III. Adag. XL. Extrema deprauata sunt, opemq; cod. antiqui efflagitāt. Tantùm pro θεῶν lego θεωρῶν, ex auctoritate Zenobij Cent. II. Adag. 84.

* Μέδιμνον.] Corruptum & hoc, ac mutilum, auulsum fortasse ab Adagio, quod in Suidæ est Collectaneis: Μεδίμνῳ ἀπομέτρω παρὰ τοῦ πατρὸς ἀργύριον. *Patris medimno argentum dimetior.* Emendaui autem audaci coniectura μη ex μέν. Tot enim chœnicas XLVIII. Medimnus continebat, secundùm Nicandrum Atticistam. Tu lege Georgium Agricolam de Ponderibus & Mensuris.

68. Pro his κακῶς πραττόντων Suidas habet, ἀπολλαττόντων μετὰ κόπου: *De iis qui nuper defessi recedunt.* Memoratque & alterum illud de Pisa vrbe Prouerbium, affini voci πίσσης, quæ *picem* significet: vt à pugile Tarentino, *Mure* appellato, originem deriuet. Refert & Diogenianus. Herodotus quoque lib. I. Musarum, muris in pice deprehensi meminit. Theocritus Idyllio XIV.

Νῦν δ' ποθ' ὡς μῦς, φαντὶ Θυώνιχε, γεύμεθα πίσσας. De Pisa autem vrbe Steph. Strabo, & Plutarch. lib. V. Symposiacῶn.

69. Vatic. codex rectè εὐβολώτατος, & Senarij lege astrinxit Desiderius: Μίδας γὰρ ἐν κύβοισιν εὐβολώτατος: non εὐβουλότατος, vt anteà malè editum: decepto fortè imperito librario, quòd hîc *Eubulus* citaretur. De cuius *Aleatoribus* dramate, Athenæus libro XI. pag. 232. Basil. Iactus quoque felix Græcis erat *Veneris, Herculis*, aliorumque, in Plauto.

70. Prouerbij meminit & Diogenianus Centuria VI. Platonis autem locus est in Phædro, seu de Pulchro: item in Apologia Socra-

μανιῶν, ὥς φησι Πλάτων, αἱ μὲν ἄτοποι, ὡς αἱ τῶν παραπαιόντων· αἱ δ' ἀρετῆς καὶ εὐχῆς ἄξιαι, οἷαι τῶν ποιητῶν καὶ χρησμολόγων.

71. Μαγὶς καὶ Θίμβης.] Ταῦτα ὀνόματά εἰσι Φρυγικά. διὸ καὶ ἐπιφωνεῖται εἷς Μαγὶς ἐν Φρυγίᾳ. τὸν δὲ Θίμβιν ὁ Μένανδρος συνεχῶς Τιβίον ὀνομάζει, καὶ ὅλη ἡ Φρυγία Τιβία καλεῖται.

72. Μὴ παιδὶ μάχαιραν ὑποτίθει.] Μὴ τοῖς ἀπείροις ἐγχειρεῖν πείρας δεόμενα πράγματα. μὴ πῶς καθ' ἑαυτῶν αὐτὰ χρήσωνται· καὶ γὰρ οἱ παῖδες ἑαυτοὺς πολλάκις μαχαίραις πλήττουσιν.

73. Μέχρι τῶν ἀμφωτίδων.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν πεπληρωμένων μέχρι τῶν ὤτων.

74. Μετὰ Μουσῶν.] Ἐπὶ πεπαιδευμένου.

Furentium, vt asserit Plato, alij absurdi sunt, vt delirantes: alij laude digni & voto, qualis est Poëtarum furor & vaticinantium.

71. Magis & Thimbes.] Sunt hęc Phrygum vocabula. vnde dici cœptum: *Vnus est in Phrygia Magis.* Thimbem verò Menander Tibion perpetuò nominat; vniuersaque adeò Phrygia Tibia est dicta.

72. Ne puero gladium.] Suadet ne rerum inexpertis ea committas negotia, quæ vsum requirant, ne contra se ipsi abutantur. Pueri enim cultro seipsos sæpè lædunt.

73. Vsque ad inaures.] In eos qui supra modum ad aures vsque sese ingurgitant.

74. Cũ Musis.] De eruditis dictũ.

75. Nun-

Socratis sic ait: Ἔγνων οὖν αὖ καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦτο, ὅτι οὐ σοφίᾳ ποιοῖεν, ἀλλὰ φύσει τινὶ καὶ ἐνθουσιάζοντες, ὥσπερ οἱ θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοί. *Didici itaque & de poëtis, vt vno absoluam verbo, eos non sapientiæ vi id agere quod agant, sed naturæ quodã impetu, & diuinæ cuiusdã conciliationis furore, vt vates diuino instinctu vaticinantes, & fatidici.* Meminit & in Ione p. 533. & 534. edit. Henr. Steph. sed respexit hîc locum qui est in Phædro, vbi de Μαντικῇ, quæ priùs sit Μανικὴ dicta, & tertiam faciat mentis excessioné, à Musis immissam poëtis, innumerabilia antiquorum facta illustrantem. pag. 244. & 245. Quem locum expressit & M. Tullius lib. II. de Oratore: *Sæpè*, inquit, *audiui Poëtam bonum neminem (id quod à Democrito & Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris.* ἄνευ ἐνθουσιασμοῦ. Et in ea pro Archia poëta: *Poëtam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat Poëtas, quòd quasi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.* Græci ἐνθουσιασμὸν furorem illum poëticum nominant. Naso non semel:

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo:
Sedibus æthereis spiritus ille venit.

71. Scriptum initio erat Μαὶς sine γ. Μαγὶς, ἴδιος Polluci frequens, pro μάκτρᾳ, id est, vase subigendæ massę apto, quæ *arca panaria* vulgò. & sic ferè Etymologista. Offam interdum significat: panem quoque, quem in Trophonij specum ingredientes ferebant. Hesychius. Sed Μάνης, vel Μάνες hîc leg. videri monuit Th. Canterus V. C. Τιβία Suidæ tota Phrygia; eius mons Τίβειον Stephano. Lege Ortelij Thesaur. Geogr.

74. Cum Musis.] Addit Suidas, dici etiam de inerudito eruditis familiariter vtente, & cum gestu esse pronuntiandum. Diogen. quoque ampliùs: *Cum Musis corydus*: de indoctis cum eruditis versantibus.

75. Nuntius eſt res magna bonus.] De iis qui læta nuntiant.

76. Lauro viridi incenſa magis crepat.] In valdè vociferantes iactatū.

77. Pulcrum ferunt cum ſtultis ſtultum degere.] Mores ait congruere oportere.

78. Ne temerè Abydum.] Exaudiendum, nauiges, aut eas: dictum de periclitantibus.

79. Malum benè ſitum ne moueto.] In eos qui mala ſibi imprudenter accerſunt.

80. Nil citra bouem optaueris.] Hortatur ne votis tantùm cuncta gerantur à ſola Deorum ſpe ſubnixis; ſed & agendum per ſe aliquid.

81. Neque natare, neque litteras nouit.] In prorſus indoctos iactatum. Athenienſes enim pueros iam inde à teneris & litteras docebant & natare.

82. Nemo Megarenſiū ſapientior euadat.] In inſipidos per iocū iactatū.

75. Μέγα πἄγγελος ἐσθλός.] Ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ ἐπαγγελλόντων.

76. Μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης.] Ἐπὶ τῶν μέγα βοώντων.

77. Μετὰ νοσούντων μαίνεσθαί φασι καλόν.] Ὅτι χρὴ συνεξομοιοῦσθαι.

78. Μὴ εἰκῆ τὴν Ἄβυδον.] Λείπει τὸ, παρὰ πλεῖν, ἢ διαφοιτᾶν. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν παρὰ κινδυνευόντων.

79. Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς ἐξ ἀγνοίας πράγματα ἐγλεγόντων.

80. Μηδὲν κατὰ βοὸς εὔξῃ.] Ὑποτίθεται μὴ πάντα ἐπ' εὐχαῖς ποιεῖσθαι τὴν περὶ θεῶν ἐλπίσιν, ἀλλὰ πράττειν καὶ δι' ἑαυτῶν.

81. Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα.] Ἐπὶ τῶν παντάπασιν ἀμαθῶν. παρὰ γὰρ Ἀθηναίοις εὐθὺς ἐκ παίδων γράμματα, καὶ κολυμβᾷν ἐδιδάσκοντο.

82. Μηδέποτε μηδεὶς γένοιτο Μεγαρέων σοφώτερος.] Ἐπὶ τοῦ ἀναισθήτου χαριεντιζόμενοι τοῦτ' ἔλεγον.

83. Μὴ

78. *Abydus* Helleſponti vrbs, calumniarum nomine audiit malè. Steph. περὶ πόλεων Prouerbium ſic extulit: Εἰ μὴ δ' εἰκῆ Ἄβυδον πατεῖν. Alcibiadem refert Athenæus lib. XII. Δειπνοσοφ. aditâ bonorum hereditate Abydum delatum, luxu deliciisque ibi corruptum. Affine autem huic:

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

80. Habet & Diogenianus, quæque ibi notabam. Suidas verò alio ſenſu, explicatq; totidem verbis: Μὴ πάντα κατὰ βοὸς ἕξεις. German. interpres: *Non omnia contra bouem habebis.* Rectiùs Iunius Cent. V. Adagio 50. *Non omnia per bouem obtinebis.* allatis ex Æſchylo Tragico in eamdem ſententiam pluribus. Deſiderius verò ex Diogeniano: Μὴ κατὰ βοὸν εὔχου. atque exponit: *Ne contra bouem opta.* Chil. II. Centur. IX. Adag. 83. Quanta hîc meherclè varietas? Reſpexit eôdem Iulius Pollux lib. I. Onomaſtici cap. XXIV. De accedentibus ad Deos: pag. 8. ver. 40. Εὔχεσθαι κατὰ βοός. Aliud verò μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι, apud Clementem Alexandr. lib. IV. extremo. Geminum videatur illi Adagio Varroniano lib. I. Rei ruſticæ: *Dÿ facientes adiuuant.* Etſi non me fugiat de ſacrificiis ab aliis dictum videri, vt Maronianum illud:

Cùm faciam vitulâ pro frugibus, ipſe venito.

Homericū quoque Ὀδυσ. γ'. v. 27. hoc laudat M. Tullius lib. IX. ad Attic. epiſt. XVIII.

Ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται, ἄλλα μετ' αὐτός.

Partim ipſe inuenies, partim fors ſuggeret ipſa.

81. Correxi ἀμαθῶν è Diogeniano, pro quo ἀγαθῶν vitioſè ſcriptum in Vatic.

85. Medos.

83. Μὴ δὲ μέλι, μὴ δὲ μελίσσας.] Ἐπὶ τῶν μὴ βουλομένων παθεῖν τι φαῦλον μετ' ἀγαθοῦ.

84. Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἅψωμαι μάχης.] Ἐπὶ τῶν κατ' ἰσχὺν ἀνίσων τυγχανόντων.

85. Μήδων ἀμελῶν.] Ἐπὶ τῶν καταφρονούντων.

86. Μὴ ὥσπερ ὑπὸ λύκου θήρας.] Ἐπὶ τοῦ φαύλου.

87. Μὴ δὲ πατέρα γέροντα, μὴ δὲ γυναῖκα, μὴ δὲ παῖδα βάσκανον, μήτε κύνα, μήτε κυβερνήτην φίλυπνον, μὴ λάλον καπηλάτην.] Παραινεῖ εἰς ἄχρηστα μὴ ἀναλίσκειν.

88. Μικρὸν κακὸν μέγα ἀγαθόν.] Πολλάκις αἴτιον γίνεται μεγάλου ἀγαθοῦ τὸ μικρὸν κακόν.

89. Μήλῳ βάλλειν.] Ἐπὶ τῶν ἔρωτα ἐπαγομένους τινας.

90. Μικρὸς ἀεὶ ὁ σὸς πῶλος.] Ἐπὶ τῶν βραχύτητα ἡλικίας νεάζειν προσποιουμένων.

91. Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει.] Ἐπὶ τοῦ ῥᾳδίου.

83. Nec mel, nec apes.] De iis qui pro bonis mali quid recuſant ſuſtinere.

84. Non ipſe cum leonibus pugnem caper.] De iis qui viribus ſunt impares.

85. Medos nil curans.] In ſuperbientes dictum.

86. Ne velut à lupi venatione.] In improbos dici ſolitum.

87. Nec ſeni parenti, nec feminæ, nec puero nequam, nec cani, nec ſomnolento nauclero, nec garrulo cauponi benignè feceris.] Suadet non malè eſſe ponendũ beneficium.

88. Paruum malum ingens eſt bonum.] Sæpenumerò è paruo malo magnum exiſtit bonum.

89. Malo petere.] De iis qui aliquos in amorem alliciunt.

90. Paruus ſemper tuus eſt pullus.] Dictum cùm quis ob puſillam ſtaturam diu videri iuuenis cupit.

91. Vna ſcutica concitat omnes.] De facili negotio.

92. Annus

---

85. Medos.] Suidas, vitioſè opinor, Μὴ δ' ἀμελῶ. Horatius Oda II. ad Auguſtum lib. I. Carm.

Neu ſinas Medos equitare inultos
Te duce, Cæſar.

Græci autẽ *Medorum* nomine *Perſas*, vel *Parthos* potiùs, notabant, Romanis ipſis etiam terribiles: & τὰ Μηδικὰ, bellũ quod Xerxes Græcis intulit, frequenter hiſtorici appellant. Huc autem pertinet magis Flacci Oda XI. libri II. Carminum; hoc initio:

Quid bellicoſus Cantaber, & Scythes,
Hirpine Quincti, cogitet, &c.

87. Habet Prouerbium Diogenianus & Suidas. & variè nonnihil.

89. Virgil. Bucolicis, Ecl. III. v. 64.

Malo me Galatea petit laſciua puella.

ex illo Theocriti Eidyllio V.

Βάλλει τοι Πολύφαμε τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια
Μάλοισιν. ——— Et Edyll. VI.
Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα,
Τὰς αἶγας παρελῶντα.

Ariſtophanes ἐν νεφέλαις· Μήλῳ βληθεὶς ἀπὸ πορνιδίου. Vetus itẽ apud Euſtathium poëta: Μῆλα ἔρωτες ἰδὲ τρυγῶσιν. Clearchus autem Solenſis apud Athenæum lib. XII. Δειπνοσοφ. cauſam exponit cur amantibus mala in manibus ac deliciis exiſtant.

90. Aliter paulò Diogenianus.

91. Hemiſtichium eſt verſus heroici. In Dioge-

92. Annus Metonis.] Meton Atheniensis Astrologus vndeuiginti annorum curriculum ordinauit, quem magnum annum nominauit; indeque qui diutius quidpiam differrent, dicterio sic notabant: *In Metonis annum rem reiici.*

93. Muris interitus.] Mures membris diffluentibus citò pereunt. Hinc & Philemon vsurpauit in nimis laxos ac diffluentes.

94. Non est hîc seruorum oppidum.] Vrbs est Africæ dicta Δούλων πόλις, vt Mnaseas Patrensis refert. Et ad libertatem vocando, Non est, inquit, seruorum neque ingenuorum hæc ciuitas, in qua vnus dumtaxat Dianæ sacerdos liber est. Et Artemidorus ait à Philippo Rege conditam vrbem ex improbis, & Πονηρόπολιν vocatam, cui sceleratos puniendos incluserit.

92. Μέτωνος ἐνιαυτός.] Μέτων Ἀθηναῖος ἀστρολόγος, τὴν ἐννεακαιδεκαετηρίδα συντάξάμενος, καὶ ὀνομάσας ἐνιαυτόν· τοὺς οὖν μακρὰς ὑπερθέσεις ποιουμένους ἐπισκώπτοντες ἔλεγον, Ἀναβάλλεται εἰς τὸν Μέτωνος ἐνιαυτόν.

93. Μυὸς ὄλεθρος.] Οἱ μύες ἀπορρεόντων αὐτοῖς τῶν μελῶν καταβραχὺ φθείρονται· ὅθεν καὶ Φιλήμων φησὶ ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν μεμελασμένων.

94. Μὴ ἔστι δούλων πόλις.] Πόλις ἐστὶν ἐν Λιβύῃ Δούλων πόλις καλουμένη, ὡς Μνασέας ἱστορεῖ ὁ Πατρεύς. καὶ τὸ εἰς ἐλευθερίαν ἀναβοῶντα λέγειν, Οὐκ ἔστι δούλων, οὐδὲ ἐλευθέρων πόλις, ἐν ᾗ μόνος ἐλεύθερός ἐστιν ὁ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεύς. καὶ Ἀρτεμίδωρός φησι, ὅτι Φίλιππος ἔκτισε πονηρῶν πόλιν καλουμένην, ἐν ᾗ πάντας τοὺς πονηροὺς κολάζων καθείργνυεν.

95. ΝΑΥΣ

Diogen. μία μάστιξ, nō vt hîc μή. Plutarchus in Lycurgo huc respiciens Spartam ait, μιᾶς ὑπὸ σκυτάλης καὶ τρίβωνος, *vna scytala ac sago* toti Græciæ, sed volenti ac spōtaneæ imperasse.

92. De Metonis anno multa Aldus Manutius Paulli F. lib. *De quæsitis per epistolam* colligit è Græcis, Theophrasto, Diodoro, Æliano, & Scholiaste Arati Φαινομένων: ac de Latinis è Vitruuio, Columella, Plinio, Censorino, & Cicer. lib. XII. ad Atticum epistola I I. *Annus Metonis quando veniet?* Ios. Scaliger de Temporum emendatione, Iac. Nic. Loënsis lib. VIII. Miscellan. cap. 22. Tom. IV. Lampadis Criticæ; & Lælius Bisciola Soc. Iesu lib. XIII. Subseciuarum horarum, cap. x.

93. De muribus Ælianus lib. XII. hist. animal. cap. x. vbi Prouerbium sic extulit: Τὸν μυὸς ὄλεθρον: citatque Menandrum in Thaide, itemq; Philemonem. Equidem hic μεμαλασμένων, pro nihili voce, reponi malim.

94. Δούλων πόλις.] Celebratur à Stephano Byzantio lib. περὶ πόλεων ex Hecatęo, & Cratino poëta, vt & Πονηρόπολις: & Suidas eam agnoscit ex Ephoro lib. v. & Sosicrate lib. I. rerū Creticarum, & Theopompo lib. XIII. Philippicarū: Plutarchus quoque libello de Curiositate, alterā cognominem vrbem in Creta fuisse, & rursum in Thracia: quarum hęc à Philippo Macedonū Rege cōdita, cui sceleratos pœnis destinatos inclusit: hinc & *Philippopolis* dicta, de qua in Geographico Thesauro Abr. Ortelius. Artemidori siue Ephesij, cuius exstant ὀνειροκριτικά, siue alterius, sæpè Plinius scripta laudat. Mnaseæ verò Europiaca, Asiam & Periplum Athenæus aduocat, & Plinius lib. XXXVII. Hyginus, & in Mythologicis Fulgentius.

95. Rectiùs

N.

95. ΝΑΥΣ παλαιὰ πόντον οὐχὶ πλεύσει.] Ἐπὶ τῶν εἰς μηδὲν συντελούντων.

96. Ναύσων Ναυκράτει.] Ἐπὶ τῶν ὁμοίως ἀποδιδόντων ἀλλήλοις. ὠνοματοποίησαν τὸ Ναύσων παρὰ τὸ, ναῦς καὶ κρατεῖ. πολλὰ δὲ ἐστι τοιαῦτα, οἷον, Λευκότερος Λεύκωνος· καὶ, Ἀγαθίδες ἀγαθῶν.

97. Νῦν εἰς χώραν ἦλθεν.] Ἐπὶ τῶν πρῶτον μὲν οὐκ ἀνεχομένων ἐλθεῖν ὅποι δεῖ, ὕστερον δὲ αὐτομάτως παραγινομένων.

98. Νῦν ὀσπρίων ἄμητος.] Ἐπὶ τῶν καθ' ὥραν ἕκαστα πράττειν ὀφειλόντων.

99. Νῷ πείθου.] Ὁμοία τῇ, Πείθου Θεῷ.

100. Νηφάλια ξύλα.] Τὰ μὴ ἀμπέλινα, μὴ δὲ σύκινα, μή τε μύρσινα· ἐκεῖνα γὰρ οἰνόσπονδα λέγονται.

N.

95. NAVIS annosa mare non traiiciet.] De iis qui nulli sint rei vtiles.

96. Nauson Naucrati.] De iis qui paria rependunt. Allusio est nominis in Nauson, deducta voce, à naui & κρατεῖ. Talia sunt complura: *Leucone candidior.* &, *Bonorum glomi.*

97. Nunc in regionem veni.] De iis dictum, qui quò anteà oportuit, venire detrectarunt, eôdemque sponte accedunt.

98. Nũc leguminum messis est.] Dictum de rebus tempori agendis.

99. Menti pareto.] Simile est, *Deo obtempera.*

100. Ligna nephalia.] Quæ neque vitea sunt, nec ficulnea, nec denique myrtea; vinalibus enim illa aptantur.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Γ.

1. ΝΕΑΤΗ ἡ ἐσχάτη καὶ ἡ νήτη.] Χορδὴ ὑπὸ τῶν μουσικῶν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς τε ὑπάτης καὶ τῆς μέσης.

CENTVRIA III.

1. NEATE summa & νήτη.] Chorda est in Musicis acuti soni, ad discrimen hypatæ, (quæ infimi est toni) & mediæ.

2. Noctem

95. Diogenianus & Suidas πλώσει. Quid si πόντῳ οὐ πλωσίμῃ legas?

96. Etsi in Vatic. Ναυκρατεῖ erat scriptum, tamen dandi casu malim Ναυκράτει. Suidas de iis dici ait solitum, qui inuicem ex æquo respõdent. Opidorum nomina esse opinatur Erasmus Chil. II. Centur. x. Adag. 2. Sanè Ναύσων dictus, quasi ναῦν σώων, vel σώζων. Ναυκράτης autem à ναῦς καὶ κρατεῖ. Talis porrò allusio est in Ἑλλὰς Ἑλλάδος apud Thucydidem ex Euripide & Pindaro: similiaque collegit Desiderius in *Bonorum glomi.* Ναύσων à Cratino fictam vocem opinatur Hesychius, & respexit Aristophanes in Equitibus.

97. Hîc librarij manus Ναῦς pro Νῦν scripsit. rectè verò Suidas & Diogenianus.

99. Θεῷ πείθου, ἢ Ἕπου θεῷ. *Deo pareto;* & *Deum sequere*, quod addit hoc loco Suidas, præceptum est Sapientum Græciæ, vt auctor est III. de Finibus M. Tullius, & Plutarch. lib. De audiendis Poëtis. Vide Prouerbium, *Deum sequere.*

CENT. III.

1. Nullam Prouerbij speciem præfert. De his autem fidium in Musicis ordinibus Plu-

2. Noctem densam.] Ita vocant hibernam.

3. Nescit, quàm mediũ toto prestantius, amens.] Cùm enim plura quis affectat, etiam quæ habet amittit. Suadet itaque refrenandã cupiditatem.

4. Classicum intueris.] De iracundis & indignabundis dictum.

5. Næ per papaueris herbam.] Iurantis est cum irrisione.

6. Hinnulo cerui inequitas.] De rebus quæ lentè fiunt.

7. Iuuenibus opera, consilia verò senioribus conueniunt.]

8. Nebulas diuerberare.] De re frustrà suscepta atque impossibili.

9. Agnosco hospitem.] In suspicantes de aliquo.

10. Mens Centauris non inest.] In obliuiosos & cupidos iactatum: quòd nimia habendi libidine perierint.

2. Νύκτα δασεῖαν.] Τὴν χειμερινήν.

3. Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσον πλέον ἥμισυ παντός.] Ἐπειδὴ ὅτε πλειόνων ἐπιθυμοῦν, ἀποβάλλει καὶ ἃ ἔχει. παραινεῖ γοῦν μὴ ἐπιθυμεῖν πλειόνων.

4. Ναύφρακτον βλέπεις.] Ἐπὶ τῶν ὀργίλων.

5. Ναὶ ναὶ μὰ μήκωνος χλόην.] Ἐπὶ χλευασμοῦ ὁ ὅρκος.

6. Νεβρῷ ἱππεύει.] Ἐπὶ τῶν βραδέως γινομένων.

7. Νέοις μὲν ἔργα, βουλαὶ δὲ γεραιτέροις.]

8. Νεφέλας ξαίνειν.] Ἐπὶ τοῦ ματαίου καὶ ἀδυνάτου.

9. Νοῶ τὸν ξένον.] Ἐπὶ τῶν ὑφορωμένων τινά.

10. Νοῦς οὐ παρὰ Κενταύροις.] Ἐπὶ τῶν ἐπιλησμόνων ἢ πλεονεκτῶν, παρόσον ὑπερβολῇ πλεονεξίας ἀπώλοντο.

11. Νοῦν

Plutarch. Comment. de Musica, Boëthius Seuerinus, Henr. Glareanus Heluetius, & Franc. Salinas Abbas Hispanus libris VII. de Musica, quos Salmanticæ euulgatos legimus, è Latinis Græcisque ineditis, Ptolemæi, Philoxeni & Quinctiliani Briennij libris. Verùm hæc & sequentia 2. & 13. ad phrasium potiùs quàm Adagiorum segetem pertinere videantur. etsi his adnumeret etiam Diogenianus.

3. Hesiodi versus lib. I. Ἔργων καὶ ἡμερῶν.

Stulti quos latet, vt to o plus dimidiatum.

Adhibet frequenter Plato lib. III. V. & VI. de Legib. Plutarch. in Apophthegmatis Darij, & Laërtius in Pittaco, & Desiderius Chiliastes.

4. Suidas hîc: qui & Aristophanis illud laudat, nimirum ex Acharnensibus:

Πρὸς τῶν θεῶν, ἄνθρωπε, ναύφρακτον βλέπεις.

Homo, per Deos, quiddam obtuere classicum.

Huc pertinent: *Toruum tueri*, & Maronis illud: —— *obliqua tuentibus hircis.*

Quidam Ναύκρατον etiam legi adscripserat.

7. Desumtum ex illo Euripidis in Melanippo apud Stobæum:

Παλαιὸς αἶνος, ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

Et Hesiodo illud ab Hyperide adscriptum:

Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

etsi Strabo lib. XV. Geogr. legit πορδαὶ δὲ γερόντων. Vide ad Zenob. Cent. I. Adag. 82. Ἄμμες πότ' ἦμεν. & Plutar. Comment. *An seni gerenda Resp.* & Erasmũ, *Senum consilia.*

10. De re impossibili quidam hoc acceperunt. Aristoph. ἐν ἱππεῦσι parodiam citat: Νοῦς οὐκ ἔνι τῶν κώμαις. *Mens comis non inest.* Etsi Suidæ interpres Germanus legit κώμαις ὑμῶν, vertitque *pagis vestris*. Erasmus ad comas retulit. Tu lege Had. Iunij De Coma eruditum Commentarium.

13. Scho-

11. Νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες.] Ἐπὶ τῶν ἀξίως ὧν ἐπλημμέλησαν ὑπὸ τοῦ θείου τιμωρουμένων.

12. Νὺξ ὑγρά.] Τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ, ὑγρὰ, χαλεπή φασιν.

O.

13. Ὁ Διὸς Κόρινθος. καὶ, Παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον.] Ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ πολλάκις ἀνακυκλούντων. Κορινθίων γὰρ ἐπί τινος δικαιολογίας τῶν μὲν Μεγαρέων οὐδὲν δίκαιον ἐχόντων εἰπεῖν, μόνον τοῦτο, Ὅτι οὐκ ἀνέξεται ὁ Διὸς Κόρινθος, πολλάκις λεγόντων, οἱ Μεγαρεῖς ἀπεκρίναντο, Παῖε, παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον. ὅθεν ἡ παροιμία.

14. Οὐδὲν ἦν ἄρα πλὴν ὁ χρυσός.] Αὕτη ἀρχή ἐστι σκολιοῦ. ἀνατιθοῦσι δὲ αὐτὸ Πυθέρμωνι.

15. Ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται.] Ἐπιδέδεται καὶ ἐξῆπται.

16. Ὄμπνιος χείρ.] Πλούσιος ἢ πλουσία.

17. Ὄνος Ἀντρώνιος.] Παρόσον ἐν τῇ Ἄντρωνι τῆς Θετταλίας ὄνοι μεγάλοι.

18. Ὄνος ἄγει μυστήρια.] Τοῖς μυστηρίοις ἐξ ἄστεος εἰς Ἐλευσῖνα ἐκόμιζον τὰ πρὸς χρείαν διὰ τῶν ὄνων. ὅθεν ἡ παροιμία.

11. Nunc dij beati.] In eos qui pro meritis à diuino numine castigantur.

12. Nox humida.] Quidam pro humida, difficilem vsurpant.

O.

13. IOVIS filius Corinthus. &, Feri Iouis F. Corinthum.] In eadem sæpè iterantes. Corinthij cùm in causæ cuiusdam cum Megarensibus disceptatione nihil æqui, quod allegarent, adferrent, illudque identidem repeterent: *Non feret Iouis Corinthus*: exceperunt Megarenses, *Feri, feri Iouis Corinthum.* Inde natũ Prouerbium.

14. Nihil aderat nisi aurum.] Principium erat scolij carminis, quod Pythermini attribuunt.

15. Perniciei termini connexi sunt.] Hoc est, reuincti ac colligati.

16. Cerealis manus.] Pro diuite & opulenta.

17. Asinus Antronius.] Antrone Thessaliæ opido ingentes erant asini.

18. Asinus portat mysteria.] Quę Athenis in Eleusina opus erat ad sacra perferri, ea asinis deuehebant, indeque vsu tritum Prouerbium.

19. Asini

13. Scholiastes Nemeorum Pindari duplicem habet fabulam: quarum hęc de Corintho vna: altera de Alete: cui affine & suprà Prouerb. in Zenobio, Δέχεται καὶ βῶλον ἀλίτης. *Accipit & glebam erro.* Adhibet autem in Euthydemo Plato, Plutarchus aduersus Stoicos Commentario; Philostratus in Antipatro, qui Seuero Aug. ab Epistolis; Aristophanes in Ranis, & Concionatricibus, apud Erasmum Chiliasten. Affine verò illud: *Crambe bis cocta.* Et altero sensu: *Gallinæ filius albæ.* similiaque.

14. Adfert & Diogenianus, non explicat tamen, neque vsum ostendit: vt sequens Prouerbium 15. aliter paulò exponit Centur. VI. Adagio 96.

16. Ceres Ὀμπνία cognomento apud Hesychium, & Nicandri Græcum interpretem, ἀπὸ τῆς ὄμπνης, *ab alimento.*

17. Steph. Byzantius: Ἀντρὼν, πόλις Θετταλίας. Ζηνόδοτος δὲ γράφει Ἀγχιάλου Ἀιβρῶνα. ὁ πολίτης Αἰβρώνιος. ἐξ οὗ καὶ παροιμία, Ἀντρώνιος ὄνος.

20. Fabu-

19. Asini maxilla.] In voracem. Est & in Laconica hoc nomine locus.

20. Asini vmbra.] Conduxit quidam Delphos cogitans asellum. Cumque ingens esset solis ardor, sub eius vmbra per viam qui conduxerat delitescebat. Repugnans verò asini dominus: Asinum, inquit, tibi non vmbram locaui. Hinc ortum Adagium, in eos adhiberi solitũ, qui de re nihili contendunt.

21. Acetum Sphettium.] Fortè quòd Sphettij acerbi essent. Est verò Atticæ vicus.

22. Ne in selinis quidem.] De iis qui ab extremo longiùs absunt. Prouerbium significat, negotij principium nondum haberi: vt neque qui hortum ingrediuntur, in selinis statim sunt.

23. Non conuiciabor.] Hoc est, linguæ conuicio proscindere nolo.

24. Serus ades, ast Colonon hinc te conferas.] Dictum in mercenarios. Qui enim seriùs ad opus venirent, eos ad mercenariorum locum remittebant, qui locus Κολωνὸς dictus.

19. Ὄνου γνάθος.] Εἰς πολυφάγον. ἔστι δὲ καὶ τόπος ἐν Λακωνικῇ.

20. Ὄνου σκιά.] Ἐμισθώσατό τις ὄνον ἀπιὼν εἰς Δελφούς. καὶ ὡς καῦμα κατήπειγεν, ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ ὄνου κατέδυ ὁ μισθώσας αὐτόν. ὁ δὲ ὄνου δεσπότης ἐμάχετο αὐτῷ λέγων, Ὅτι τὸν ὄνον σοι ἐμισθωσάμην, οὐχὶ καὶ τὴν σκιὰν αὐτοῦ. ἐντεῦθεν ἡ παροιμία περὶ τῶν ἐπὶ οὐ τέλεσι φιλονεικούντων.

21. Ὄξος Σφήττιον.] Ἴσως οἱ Σφήττιοι ὀξεῖς ἦσαν. εἰσὶ δὲ δῆμος Ἀττικῆς.

22. Οὐδ' ἐν σελίνοις.] Ἐπὶ τῶν μακρὰν τοῦ τέλους ἀπεχόντων. βούλεται γὰρ ἡ παροιμία λέγειν ὅτι οὐδ' ἀρχὴν ἔχεις τοῦ πράγματος· καθάπερ οὐδὲ οἱ εἰς τοὺς κήπους εἰσιόντες ἐν τοῖς σελίνοις εἰσὶν ἤδη.

23. Οὐκ ἐπιγλωττήσομαι.] Οὐ βλασφημήσω.

24. Ὀψ' ἦλθες, ἀλλ' ἐς τὸν Κολωνὸν ἴεσο.] Ἐπὶ τῶν μισθωτῶν ἔλεγον. τοὺς γὰρ ἐπὶ τὸ ἔργον ἐλθόντας ὀψὲ, ἀπέλυον πάλιν ἐπὶ τὸ μισθωτήριον· τὸ δὲ ἦν ὁ Κολωνός.

25. Οὐδὲν

20. Fabulam de duobus viatoribus Demosthenes orationi interserens attẽtos habuit auditores, qui seriis non perinde caperentur, teste Plutarcho. Geminum est poëtæ illud:

Grammatici certant de lana sæpè caprina.

Et Valerij Martialis:

———*Lis est mihi de tribus capellis.*

21. De acido & acerbo aceto vsurpatum. Stephanus, & Aristoph. Scholia ἐν νεφέλαις, pag. 132. Σφήττιος, δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς, ἀπὸ Σφήττου τοῦ Τροιζῆνος παιδός. ὁ δημότης Σφήττιος. Et in Pluto pag. 75. Σφηττίῳ τῷ δριμυτάτῳ, ἀπὸ δήμου. πικροὶ γὰρ οἱ Σφήττιοι καὶ συκοφάνται ἢ παρὰ τοὺς σφῆκας. θυμικοὶ γάρ· ἢ ὅτι δριμὺ ὄξος παρὰ Σφηττίοις ἐγίνετο.

22. Michaël Apostolius ita: Ἐπὶ δὲ τῶν μὴ τὴν ἀρχὴν ἐφθακότων. & mox eadem quæ hoc loco. Suidas autem paulò disertiùs: Extremitates, inquit, quæ περίκηποι Græcis, quasi hortorum vestibula, dicuntur, selino & ruta conserebant.

24. Senarius est, etiam in Græco: quem & Suidas explanat, & Desiderius: qui & alibi, *Venisti serò*, vt Prouerbiale attulit è Plutarchi Commentario quo disserit, An seni

25. Οὐδὲν τοῖ Ἰώρου.] Οὕτω τοὺς φυλακὰς ἐκάλουν Ἀθηναῖοι· καὶ ὁ νόμος ὁ παρ' αὐτοῖς, ἐκ τῆς Ἰώρου ἐκέλευσεν εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους. τουτέστι τοῦ τόπου ἐν ᾧ τὰ φυλακτήρια ἦν. ἐπὶ τοίνυν τῶν ἀπειλούντων καὶ σοβαρευομένων ἡ παροιμία.

26. Οἶς τὴν μάχαιραν.] Ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶς πράγματι χρωμένων. λέγεται γὰρ ὅτι κτείνασα ἡ Μηδεία τοὺς ἑαυτῆς παῖδας, καὶ κατορύξασα παρὰ τὸ ἱερὸν τῆς Ἥρας τὸ ξίφος, μετεχώρησεν εἰς Ἀθήνας. μετὰ χρόνον δὲ θυσίας μελλούσης τελεῖσθαι, ὄϊς τοῖς ποσὶ σκαλεύουσα τὸ ξίφος ἐφανέρωσε, μεθ' οὗ καὶ ἐτύθη.

27. Ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών.] Ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν τι πραξάντων. Καρπάθιοι γὰρ λαγωοὺς ἐν τῇ νήσῳ μὴ ὄντας κομίσαντες, πολλῶν γινομένων, πολλῆς ἐπειράθησαν τῆς ὑπ' αὐτῶν βλάβης. ὅθεν ἡ παροιμία.

28. Οὔτε τὰ τρία τῶν Στησιχόρου γινώσκεις.] Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων καὶ ἀμούσων εἴρηται. ἐπειδὴ δύο ἀντιστρόφους ᾖδον οἱ λυρικοὶ καὶ μίαν ἐπῳδήν.

29. Οὐδ' ἐγγὺς ἱππικοῦ δρόμου.] Ἐπὶ τῶν μεγάλα ἐπαγγελλομένων, μηδὲν δὲ ποιούντων.

25. Nihil Iori.] Sic Athenienses custodes nominabant: quibus & lex erat, vt homicidæ Ioro abessent.. hoc est, eo loco vbi excubiæ collocabantur. In comminantes itaque atque elatos iactatum Prouerbium.

26. Ouis gladium.] In eos qui suis malè consulunt rebus. Medeam enim ferunt suos occidisse liberos, & in Iunonis delubro defosso gladio Athenas reuersam. Pòst cùm res esset diuina peragenda, pedibus ouis terram scalpens, cultrum detexit, quo & immolata est.

27. Carpathius leporem.] In eos qui suo sibi malo quid moliuntur. Carpathij enim lepores in insulam, cùm iis carerent, importantes, multis iam enatis, magnam calamitatem senserunt. Hinc ortum Prouerbium.

28. Ne tria quidem Stesichori.] Dictum in illitteratos & imperitos. Nam duplicem ἀντίστροφον accinebant Lyrici, & vnam Epodon.

29. Ne iuxta equestrem cursum.] In promittentes magna, præstantes verò nihil.

30. Phal-

---

seni Respubl. gerenda. Κολωνὸς autem locus editior, collis, tumulus, Suidæ, & Didymo in Hom. Odyss. λ'. & Apollonio lib. I. Argonaut. Templum quoque Neptuni decem fermè ab Athenis stadiis dissitum: & Herodoto lib. IV. Musarum, κολωνοὶ λίθων, *lapidum sunt acerui.*

25. Fortè meliùs ex Suida in Ἰωρὸς: οὐδ' ἐντὸς Ἰώρου: vel οὐδ' ἔνδοθι Ἰώρου. *Ianitorem* enim θυρωρὸν καὶ φύλακα ait significare, vel, *vestibulum* potiùs. Correxi & τοῦτ' ἔστι τοῦ τόπου.

Vox autem Ἰώρου rara & inusitata. Hesychius: Ἴωροι, τὸ ὀρεινὸν χωρίον, καὶ τὸ ὄρος, καὶ οἶκος, καὶ ὁ τούτου φύλαξ.

27. Adfert & exponit Aristoteles III. Rhetoric. & Pollux lib. V. copiosè, ac Zenobius. Affinis & illa Archilochi Parœmia, Ὁ Καρπάθιος τὸν μάρτυρα, apud Iunium Centuria IV. Adag. 74. Ceterùm τὸν λαγὼν Atticis potiùs est, quibus & Gaza alios in IV. nominum inflexione adnumerat. Ἄθως, ἄθω. Ἔως, ἕω. Κέως, κέω. & Κῶς, κῶ.

 30. De

30. Phallus Deo.] Dici solitum de conferentibus quibusdam sua, apta tamen.

31. Dolium inexplebile.] Hoc apud inferos esse aiunt, quod expleri nequeat: puniuntur illo animæ non initiatorum, virginesque Danaides dictæ. Aquam enim pertusis hauriunt doliis. Inscriptum verò eidem est dolio: NON INITIATORVM. Dicuntur autem virgines illæ Ἠπεδάναι, *debiles*, hoc est, ad planum imbecillæ. Potest etiam de inferorum Orco dici, multis indies hominibus vita abeuntibus, numquam tamen expleto.

32. Domus cara, domus optima.] Quidam Prouerbium per iocum interpretantes de testudine dictum aiunt.

30. Ὁ φαλλὸς τῷ θεῷ.] Ἐπὶ τῶν ἀπονεμόντων ἐνίοις τὰ οἰκεῖα καὶ πρόσφορα τίθεται.

31. Ὁ ἄπληστος πίθος.] Οὗτος ἐλέγετο ἐν ᾅδου εἶναι, οὐδέποτε πληρούμενος. πάσχουσι δὲ περὶ αὐτὸν αἱ τῶν ἀμυήτων ψυχαί· καὶ κόραι, ἃς ἔνιοι Δαναΐδας φασί. πληροῦσιν δὲ κατεαγόσιν ἀγγείοις ὕδωρ πρὸς αὐτὸν φέρουσαι τετρημένον. γέγραπται δὲ τῷ πίθῳ, ΑΜΥΗΤΩΝ. λέγονται δὲ αἱ κόραι Ἠπεδαναὶ, τουτέστιν, ἀσθενεῖς περὶ τὸ ἄπεδον. δύναται λέγεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ ᾅδου, πάντοτε ἀποθνησκόντων μὲν τῶν ἀνθρώπων, οὐδέποτε δὲ ἐκείνου πληρουμένου.

32. Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.] Ἔνιοι τὴν παροιμίαν ἐπὶ τὸ γελοιότερον μεταφράζοντες, ταύτην ἐπὶ τῆς χελώνης φασίν.

33. Οἶκο-

---

30. De Phallo Deo, qui & hortorum custos & Ithyphallus est Columellæ, Sextoque Pompeio, Herodotum vide lib. II. & Plutarch. lib. De studio pecuniarum, ac De Iside & Osiride Commentario.

31. Πίθον τετρυμμένον vsurpat Plato in Gorgia, & Aristot. lib. VI. Polit. & in Oeconomicis, Lucianus in Hermotimo, Higinus fabula 170. Poëtarum verò Aristoph. ἐν Νεφέλαις, Lucret. lib. III Catullus, & Horat. lib. III. Oda XI. sæpè Propertius lib. II. Eleg. I. & 31. & lib. IV. Eleg. vlt. Plautus in Pseudolo: *In pertusum ingerimus dolium: operam ludimus.* Tibullus lib. I. Eleg. 3.

Et Danai proles, Veneris quæ numina sensit,
In caua Letheas dolia portat aquas.

Ouidius in Ibim:

Quæq; gerũt humeris perituras Belides vndas,
Exulis Aegypti turba cruenta nurus.

Bion apud Laertium: Ἔλεγε τοὺς ἐν ᾅδου μᾶλλον ἂν κολάζεσθαι εἰ ὁλοκλήροις καὶ μὴ τετρυμμένοις ἀγγείοις ὑδροφόρουν.

De inferorum Orco] Sic Isaias vates cap. V. ver. 14. *Dilatauit, ait, animam suam infernus, & aperuit os suum absque vllo termino.* Et Salomon Prouerb. cap. XXVII. v. 20. & cap. XXX. vers. 16. inter cetera insatiabilia *Infernum* numerat.

32. Lepidus est Phrygis fabulatoris Apologus testudinis domiportæ, tardigradæ. Hinc Persius:

Tecum habita, & noris quàm sit tibi curta supellex. Vtitur & T. Liuius lib. VI. belli Macedonici, & in T. Flaminino Plutarchus de T. Quinctio suadente ne Peloponnesi finibus testudinis exemplo caput summo periculo exsererent. M. Tullius lib. XV. ad Attic. Epist. XVI. in Lamb. οἶκος φίλος. Quod equidem sic explicare malim, dictum esse venustè voce iterata, quasi diceret, *Domus cuique optimus est amicus*: nimirum quod Caius & Paullus Iurisconsulti pronuntiant, suam cuique domum tutissimum esse perfugium.

33. Erasmus

33. Οἴκοθεν ὁ μάρτυς.] Ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν ἐκφερόντων μαρτυρίας.

34. Οἶνος καὶ ἀλήθεια.] Τινὲς οὐχ οὕτως φασὶν, ἀλλ' Οἶνος καὶ ἤθη. κατὰ τὸ πρότερον Πέρσαι, φασὶν, οὐ βασάνοις ἀνετάζουσιν, ἀλλὰ μεθυσκομένοις.

35. Ὀβολὸν εὗρε Παρνύτης.] Καλλίστρατος Ἀθήνησι πολιτευσάμενος, ἐπικαλούμενος Παρνύτης, μισθὸν ἔταξε τοῖς δικασταῖς, καὶ τοῖς ἐκκλησιασταῖς· ὅθεν σκωπτόντων τῶν κωμικῶν εἰς παροιμίαν ἦλθε τὸ γελοῖον.

36. *Ὀπισάμβων.] Ταύτην Χρύσιππος τάττει καὶ τὸ τῶν χεῖρον ἐν τοῖς πράγμασι προβαινόντων, παρὰ τὸ ἀεὶ ὀπίσω βαίνειν. μέμνηται δὲ τοῦ ὀνόματος Σοφοκλῆς.

33. Testis domesticus.] De iis qui contra se testi monia proferunt.

34. Vinum & veritas.] Quidam aliter efferunt, *Vinum & mores.* Ad prioris sensum pertinet Persas non tam tormentis quàm vino verum solitos exsculpere.

35. Obolum reperit Parnytes.] Callistratus Atheniensibus imperans, cognomento Parnytes, præmium iudiciis & concionibus instituit: quod Comicorum dicterio in Prouerbium per iocum cessit.

36. Ὀπισάμβων.] Chrysippus vocem hanc adhibet in eos qui in rebus gerendis in peius ruunt, quasi ab ὀπίσω βαίνειν, hoc est, retrò referri. Vsurpat vocabulum Sophocles.

37. ΠΑΡΑ-

---

33. Erasmus sic explicat: vbi quis seipsum laudat. Locus verò Luciani in Ioue Tragœdo, nostro potiùs quadrat sensui, quod Hent. Stephanus obseruat. Adhibet M. Tullius libro 11. Epist. ad Cælium, & non semel libris de Orat. ad Q. Fratrem: pluraque Iurisconsulti de testibus è domo productis. Phrynichus de vocibus Atticis pa. 80. edit. August. Κεχρῆσθαι αὐτῷ (καθῶς) Φύλαρχον ὡς τοῦ μάρτυρος ὡς ἔοικε τοῦ ἐπαγομένου. vbi Vir illustris hoc secutus Prouerbium reposuit: Ὡς μάρτυρος ὡς οἰκέτου ἐπειγομένου.

34. Aliis etiam: Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. & Poëtis frequens: *Vinum animi speculum, ingenij fomes.* &, *Quod in corde sobrij, id in ore ebrij.* Græcorum autem esse hoc Prouerbium ait Plutarchus in Artaxerxis vita, & Athenæus lib. 11. Vtuntur Euripides, Theognis, & Plinius lib. XIV. cap. XXII. Persæ quoque apud eumdem Plutarchum exstat apophthegma. & Horatius venustè in Arte:

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant.

Cicero adhæc in Topicis de iis quæ fidem in Quæstionibus reperiant, numerat vinolentiam, pueritiam, & insaniam. nimirum quod hodieque vsitatum: Ebrios, stultos, ac pueros verum plerumque effari.

35. Παρνόιτης cum οι diphthongo in secunda syllaba è suis schidis edit Erasmus, vbi hîc υ est.

36. Vox rara Ὀπισαμβὼ (vt quidem scribit accentu in vltima Eustathius, è Lexico quodam) pro εἰς τοὐπίσω ἀναχωρήσει, *incessu retrogrado* in Ἰλιάδ. λ΄. pagina 806. Basileens. editionis. Deriuatum ex ὀπίσω καὶ ἀναβαίνειν, hoc est, vt Homerus loquitur, ὀπίσω ἀναχάζεσθαι. Affinis notione est Ὀπισθοβάμων, *retrocedens*, in Græcorum Epigrammate de paguro: vt de cancris C. Plinius, *Retrorsum pari velocitate redeunt.* In B. Chrysostomi Litur. extrema legitur, εὐχὴ ὀπισθάμβωνος, vna interiecta littera, sed ab ambone, pulpito. Sophoclis autẽ locum in iis quę exstãt Tragœdiis nõ reperi, nisi fortè in iis quę temporũ iniuria interciderunt.

37. In

Π.

37. ΠΑΡΑΛΥΟΜΑΙ.] Quando pauperes à diuitibus exhauriri ac dissolui solent.

38. Perdicis caupona.] Perdix caupo fuit claudus, vnde natum ferunt Prouerbium, vt & illud: *Perdicis crus.*

39. Pelei gladius.] Temperantiæ præmium Peleo gladius attributus, à Vulcano fabricatus.

40. Parasanga.] Mensura viæ est stadiorum triginta. χοῖνος autem sexaginta, vel, vt aliis placet, 50. stadiorum.

41. Percontare hirundinem.] Quòd animal sit querulum.

42. Mendici loculi semper inanes.]

43. Promeri canes.] Hic Regis domesticus vehementer oderat, vt narrant, Euripidem poëtam, nato è calum-

Π.

37.* ΠΑΡΑΛΥΟΜΑΙ.] Ἐπεὶ ὑπὸ τῶν πλουσίων οἱ πένητες παραλύονται.

38. Πέρδικος καπηλεῖον.] Χωλὸς κάπηλος ὁ Πέρδιξ. ὅθεν ἔνιοι τὴν παροιμίαν διαδοθῆναί φασι, καὶ τὸ, Πέρδικος σκέλος.

39. Πηλέως μάχαιρα.] Σωφροσύνης γέρας ἡ μάχαιρα τῷ Πηλεῖ δέδοται, Ἡφαιστότευκτος οὖσα.

40. Παρασάγγης.] Μέτρον ὁδοῦ, τριάκοντα σταδίων. χοῖνος δὲ, ἑξήκοντα. ὡς δέ τινες, πεντήκοντα.

41. Πύθου χελιδόνος.] Διότι ὀδυρτικὸν τὸ ζῶον.

42. Πτωχοῦ αὖλαι ἀεὶ κεναί.]

43. Προμέρου κύνες.] Τὸν Πρόμερον βασιλικὸν οἰκέτην [φασὶ] μισῆσαι καθ' ὑπερβολὴν Εὐριπίδην τὸν ποιητὴν ἔκ τινων διαβο-

---

37. In παραδύομαι eadem hîc Suidas, pro *immisceor*: quasi pauperes diuitum gregi immisceantur. Habetque & παραλύομαι, sed aliter paullò, quod dissolui & languescere sonat: aliàs etiam abdicare se, & magistratu abire.

38. Cauponem illum Perdica perstringit Aristophanes in Auibus pag. 601. nouæ edit. Πέρδιξ μὲν εἷς κάπηλος ὠνομάζετο Χωλός. ad quæ verba Enarrator Græcus Perdicem dictũ popinæ præfectum, hoc est, coquum; quodque claudus esset, hinc factum Adagium, Πέρδικος σκέλος, *Perdicis crus.* cuius & in Anagyro meminerit idem poëta, & in Parœmiis ἀμέτροις, soluta oratione scriptis; vt & ἔμμετρα conscripsisse Prouerbia Aristophanem appareat. Suidæ etiam Περδίκειος πούς, *pes Perdicis.*

40. *Parasanga*, Persica vox, quâ sæpè Herodotus vsus, & in Icaromenippo Lucianus; itemque Athenæus lib. III. Prouerbij specie: Πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμόντες τὸν Σικελιώτην Διονύσιον. Persica item χοῖνος Gregorio Nazianzeno mensuræ genus est Epistola ad Nicobulum de Epistolis scribendis: Τί γὰρ ἢ τῇ Περσικῇ σχοίνῳ μετρεῖσθαι δεῖ τὴν σοφίαν, ἢ παιδικοῖς πήχεσι; *Quid necesse est Persica scœno vel puerilibus cubitis sapientiam metiri?*

41. Suidas non ab aue modò, vt hîc, sed etiam ab ariolo Chelidone Prouerbium deriuat.

42. De Promero Suidas eadem: & de Euripidis interitu Agellius lib. XV. cap. XX. & in vita Moscopulus, ac Giraldus in Historia Poëtarum. Aristophanes verò ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, de feminis, quarum osor erat, in vincula coniicientibus, indeque fuga elapso.

44. Dio-

διαβολὴν τῶν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην. ἀναλύσαντι δ' αὐτῷ ἐπιφέρει κύνας ἀγρίους, οἳ τὸν Εὐελπίδην κατεθοινήσαντο. διὰ τοῦτο καὶ ἡ παροιμία.

44. Πτολεμαῒς δίκη.] Ἐπὶ τῶν ἀεὶ δικαζομένων.

45. Πράγματα ἐξ ἀπραξίας.] Ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα συμβαινόντων.

46. Πρίν κεν δύο ἐχῖνοι εἰς φιλίαν ἔλθωσιν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δὲ ἐκ χέρσου.] Ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου καὶ ἀνομοίου.

47. Προβάλλοντες κυσὶν ἄρνας.] Ἐπὶ τῶν τοὺς ἀπράγμονας προδιδόντων τοῖς συκοφάνταις.

48. Πρίν κεν λύκος οἶν ποιμαίνοι.] Ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου.

49. Πλίνθον πλύνεις, Χαμαὶ ἀντλεῖς, Φακὸν κόπτεις, Θάλασσαν ἀντλεῖς.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

50. Πραότερος περιστερᾶς.] Ἐπὶ τῶν πάνυ ἐπιεικῶν.

51. Πρὸς Κᾶρα Καρίζεις.] Ὡς, Πρὸς Κρῆτα Κρητίζεις. ἐπὶ τῶν ὁμοίων.

52. Πρὸς σῆμα μητρυιᾶς κλαίεις.] Ἐπὶ τῶν προσποιουμένων.

53. Πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώντων δέδεται βαλάντιον.] Ἐπὶ τῶν δι' ἔρωτα πολλὰ ἀναλισκόντων, καὶ ἀσωτευομένων. ἀσθενὲς γὰρ τὸ τοῦ πράσου φύλλον, καὶ οὐκ ἀντεχόμενον.

54. Ποταμῷ μεγάλῳ ὀχετὸν ἐπάγεις.] Ἐπὶ τῶν ματαιολογούντων ἢ ματαιοποιούντων.

nia in herum suum odio. Regredienti itaque ipsi efferatos canes immisit, qui & deuorarunt. Hinc ortũ Prouerbium.

44. Lis Ptolemaica.] Dictum in litibus assiduè deditos.

45. Negotia ex otio.] De rebus insperatò oblatis.

46. Priùs duo echini societatem ineant, terrestris & marinus.] De impossibili ac dispari re iactatum.

47. Agnos canibus obiicientes.] In eos qui homines quietos calumniatoribus tradunt.

48. Priùs ouem pascat lupus.] De re quæ fieri nequit.

49. Laterem lauas; Humi hauris; Lentem secas; Mare exhauris.] Dici solẽt Prouerb. de iis quę fieri nefas.

50. Mitior columba.] De valdè mansuetis dictum.

51. Cum Care Carizas.] Vt cum Cretensi Cretizare. De similibus dici solitum.

52. Ad nouercę ploras tumulũ.] In fictos homines iactatum.

53. Porri folio amantium vincta crumena est.] In eos qui libidinis causa multa expendunt, viuuntque luxuriosè. Porri enim folium imbecillum, & nihil vinciens.

54. Canalem magno inducis flumini.] De frustrà quid loquentibus, aut agentibus.

55. Polypo

44. Diogenianus ab anu Ptolemaica deducit, quæ lites assiduè agitaret.

53. Suidas hoc quoque Adagium commemorat, non Desiderius.

54. Suid. & Diogen. referunt; sed in altero huius dumtaxat cod. scripto.

55. Polypo ſimilior.] De iis qui ſe cum quibuſuis conferunt.

56. Labore improbus.] Vſurpatum aut per exaggerationem improbus, aut ab ipſo laboris effectu [quaſi labori obnoxius.]

57. Bella Conon curabit.] In eos qui alienorum ſatagunt.

58. In Polypi capite & malum ineſt & bonum.] Quatenus caput eius eſculentum eſt; & ineſt eidem quod eſui ineptum.

59. Multi te oderint ſi te amabis.] Hoc Narciſſo dixiſſe ferũt Nymphas, in fonte ſe contemplanti, ſuámque formam admiranti.

60. Multis ictibus quercus deiicitur.] De iis rebus quæ ægrè capi poſſunt.

61. Multa maris ſunt ſtrata canis.] Dictum in nimium libidinoſos.

62. Multa in bello noua.] Quòd multa militię ſuſpectando metuantur.

63. Sæpè etiam eſt ſtultus valdè opportuna locutus.]

55. Πολύποδος ὁμοιότερος.] Ἐπὶ τῶν ἐξομοιούντων πᾶσιν ἑαυτούς.

56. Πόνῳ πονηρός.] Ἤτοι κατ' ἐπίτασιν ὁ φαῦλος· ἢ διὰ τὸ πόνου κατ' ἐνέργειαν ἐπίπονος.

57. Πόλεμος δὲ Κόνωνι μελήσει.] Πρὸς τοὺς περὶ τῶν ἀλλοτρίων φροντίζοντας.

58. Πολύπου ἐν κεφαλῇ, ἔνι μὲν κακὸν, ἔνι δὲ ἐσθλόν.] Παρόσον ἐστὶ μὲν ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐδώδιμος· ἔνεστι δὲ αὐτῇ καὶ ὁ πρόσκτος.

59. Πολλοί σε μισήσουσι, ἐὰν σαυτὸν φιλεῖς.] Τοῦτό φασι Νύμφας πρὸς τὸν Νάρκισσον εἰπεῖν, ἀποβλέποντα εἰς τὴν πηγὴν, καὶ τὴν οἰκείαν ποθοῦντα μορφήν.

60. Πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς δαμάζεται.] Πρὸς τοὺς δυσαλώτους.

61. Πολλαὶ κυνὸς ἄρρενος εὐναί.] Ἐπὶ τῶν καταφερῶν πρὸς ἀφροδίσια.

62. Πολλὰ κανὰ τοῦ πολέμου.] Διὰ τὸ πολλὰ καθ' ὑπόνοιαν ἐκφοβεῖν.

63. Πόλλακι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπε.]

64. Πῦρ.

55. Ὁμοιώτης rectiùs eſt in Suida & in Apoſtolio.

56. Vide in Suida Prouerb. ex Homero:

Πόνος πρὸς τῷ πόνῳ πόνον φέρει.

& Maro fortè huc reſpexit in Georg.

Labor improbus omnia vincit. Vt *auri ſacra fames*, pro exſecranda ac dira.

57. Etſi in vet. cod. Vaticano Μιλησίᾳ ſcriptum, repono tamen μελήσει è Diogeniano & hiſtoriæ veritate. nam de Conone Athenienſi Corn. Nepos in Vitis excellentium Græciæ Imperatorum.

58. Πολύποδος κεφαλὴ Diogenianus, Suidas, & Apoſtolius; qui & ipſi inter ſe diſſentiunt.

59. De *Narciſſo* cæco ſui amore flagrante Naſo lib. III. Transformat. qui & *Cephiſium*, quia Cephiſi amnis filius fuit, nominat. Plura Euſtathius in Hom. & in Bœoticis Pauſanias. ἀποβλέποντα etiam Suidas habet. Quid ſi ὑποπίδοντα, aut ὀπιδόντα legas?

62. Diogenianus pro κανὰ, κενὰ legiſſe videtur, vt ibidem notabamus.

63. In Agellio lib. II. cap. VI. Noctium ſic carmen legitur: Πόλλακι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ. Eraſmo placet magis μωρὸς, Adagio *Holitor*: vt qui μωρίας laudem effuderit.

64. Dio-

64. Πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόν.] Ἐπὶ τῶν ταχέως γινομένων.

65. Προφάσεως μόνον δεῖται ἡ πονηρία.]

66. Πέρδικος σκέλος.] Ὁ Πέρδιξ κάπηλος Ἀθήνησι, κωμῳδούμενος ἐπὶ χωλότητι.

67. Πάνθ' ὅμοια, καὶ Ῥοδῶπις ἡ καλή.] Ῥοδῶπις ἑταίρα ἦν περὶ Ναύκρατιν τῆς Αἰγύπτου, ἧς καὶ Σαπφὼ μνημονεύει, καὶ Ἡρόδοτος. τοὺς οὖν πολὺ ἀπολέσαντας ἀργύριον διὰ τὸ διαφέρον τῆς μίξεως, πρὸς τὰς ἄλλας γυναῖκας ἀσυνορῶντας ἐπιφωνεῖσαί φασι τὸ λεγόμενον.

P.

68. PΕΑΣ πόντος.] Ἰόνιος κόλπος περὶ Ἀδρίαν· ἔνθα τιμᾶται ὁ Βόσπορος.

64. Ignis ad torrem venit.] De iis quæ citò accidunt.

65. Prætextu solùm eget improbitas.]

66. Perdicis crus.] Perdix hic caupo Athenis fuit, quòd claudus esset, à Comicis conuitio proscissus.

67. Omnes manet mors, pulcram item Rhodωpidem.] Scortum hoc Naucrati Ægypti claruit, cuius & Sappho meminit & Herodotus[lib.II.] Ferunt igitur eos qui multum pecuniæ cum ea prodegerant, propter diuersum, quo in coitu vtebatur, modum, iam ad alias mulieres oculos conuertentes hoc verbi vsurpasse.

R.

68. RHEAE pontus.] Ionius sinus est iuxta Hadriam: hinc & colitur Bosporus.

69. Frigeat

---

64. Diogenianus ἐπὶ δαλὸν præfert.

65. Est Aristotelis libro I. Rhetor. ad Theodectem & Diogeniani. Erasmus reddit *occasionem*, vt sit ferè quod vulgò dicitur, *Occasio furem facit*: sed non placet Henrico Stephano.

66. De hoc caupone suprà paullò Adagio 42. & rursum Aristophanis enarrator pag. 577. in Auibus, quid Πέρδικος πανουργία.

67. Fuit cùm hîc *Strabo* scriptum fuisse opinarer, pro *Sappho*: nam ille Geographus lib. XVII. huius ἑταίρας meminit in Ægypto famosæ; sed quia Sapphus poëtriæ pleraq; interciderunt, temporisque cladem (fortè quia obscœna erant) senserunt, & illa meretrix à fratre illius Charaxo pretio redempta manumissa est, ideoque soror eius Sappho eam sui similem, hoc est, impuram celebrarit versibus; retineo lectionem. De *Rhodopide* quoque Herodotus in Euterpe, hoc est libro II. Musarum, cap. CXXXIV. & CXXXV. narrat ex Thracia ortam, Iadmonis cuiusdam seruam, & Æsopi Phrygis fabularũ auctoris sociam fuisse, venisse pòst in Ægyptum, magnaq; pecunia à Charaxo Mitylenæo Sapphus fratre, vt dixi, redemtam in Ægypto mansisse, καὶ κάρτα ἐπαφρόδιτον γενομένην μεγάλα κτήσασθαι χρήματα, vt & pyramidem ab ea constructam, sed falsò, opinarentur. Claudit verò Tharius fabulator Herodotus: Τοῦτο μὲν γὰρ αὕτη, τῆς πέρι λέγεται ὅδε ὁ λόγος, οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο, ὡς καὶ πάντες Ἕλληνες Ῥοδώπιος τοὔνομα ἐξέμαθον. *Hæc quidem adeò nobilitata est fama, vt nemo Græcorum Rhodopidis nomen non edidicerit.* vt Prouerbio tritam fuisse hinc colligam, & ab Heliodoro ἐρωτικοῖς insertam videam libro II. Αἰθιοπ. Meminit & Suidas huius Adagij, hîc Senario expressi; sin Heroico libeat versu,

Omnes morte cadunt, etiam formosa Rhodωpis.

68. Hesychius ita: Ῥέας, πόρτος περὶ τὸν Ἀδριακὸν κόλπον, ἔνθα τιμᾶται ὁ Βόσπορος. Πόρτος

69. Frigeat malus pranſus.] In tergiuerſantes, & poſt ceſſationem non libenter opus aggredientes.

69. Ῥιγοῖ κακὸς ἀριστήσας.] Ἐπὶ τῶν προφασιζομένων καὶ μετὰ τὴν ἀνάπαυσιν οὐχ ἡδέως ἐρχομένων ἐπὶ τὰ ἔργα.

70. Rhadamanthium iudicium.] De incorruptè iudicantibus.

70. Ῥαδαμάνθυος κρίσις.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ δικαιοσύνῃ μαρτυρουμένων.

71. Faciliùs quàm Onium Bœoti tranſcenderunt.] In eos qui terminos modumque prætereunt. Onium enim mons erat, quo Bœotorum fines terminabantur.

71. Ῥᾷον ἢ τὸ Ὄνειον ὑπερέβησαν οἱ Βοιωτοί.] Ἐπὶ τῶν τοὺς ὅρους καὶ τὸ μέτρον ὑπερβαινόντων. Ὄνειον γὰρ ὄρος, πρὸς ὃ οἱ τῶν Βοιωτῶν ὁρίζοντο ὅροι.

72. Factum nouit & excors.] Sic & Plato, ſtultum cùm eſt perpeſſus, tum demum ſapere.

72. Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.] Καὶ Πλάτων, ὥσπερ νήπιον παθόντα γνῶναι.

73. Diſciſſa veſtis pro culta.] De iis dictum qui citò fructum capiunt ex iis per quæ agunt.

73. Ῥήγματα ἀντὶ χρημάτων.] Ἐπὶ τοῦ παραπολαύοντός τινος δι' ὧν πράττει.

74. Verba pro farina.] De verba dantibus iis qui aliud poſcebant.

74. Ῥήματα ἀντ' ἀλφίτων.] Ἐπὶ τῶν φωνὰς προϊεμένων τοῖς ἕτερα ζητοῦσιν.

75. Scrutaria merx, vel ſcruta venalia.] De re vili ac minuta, magno tamen vendita. Ῥῶπος enim vilis ac variis ex rebus conſtans ſarcina eſt.

75. Ῥωπικὸν ὤνιον.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν μὲν, πολλοῦ δὲ πιπρασκομένων· ῥῶπος γὰρ εὐτελὴς, καὶ παντοδαπὸς φόρτος.

76. Ῥοδίων

τος enim, vt poſteà Latinos, extuliſſe Gręcos certū è Gloſſario Græco-barbaro eruditiſſ. Io. Meurſij, nuper euulgato, poſt Rigaltij non diſſimilem, ſed ἐν τακτικοῖς induſtriam.

69. Clara hîc lux affulget, nec alia eſt face opus. In Diogeniano itaque noſtro corrupta lectio, me & amicum in errorem induxit, non omnino tamen ἀπροσδιονύσως, vt ad *Rhegienſes timidos & ignauos* referremus, quales & Prouerbio celebrati: ſed hæc vera haud dubiè ſcriptura eſt.

70. Vtitur Plato libro XII. Legum, & Pindarus in Olympiacis ac Nemeis. Addo & Ariſtidis locū in Pericle de Rhadamanthi æquitate: ὃς τοσοῦτον περιῆν εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης, ὥστε καὶ τελευτήσας τοῖς ἐκεῖσε ἀφικομένοις δικάζειν δοκεῖ. *Pietate vſque eò iuſtitiaq́ue excelluit, vt etiam ipſe poſt mortem ſuam, iis, qui eòdem appellunt, iudex datus eſſe credatur.* Affine & illud *Rhadamanthi iuſiurandum*, meminit Zenobius, & vtriuſque Suidas & Apoſtolius, ſed hic explanationem permutat.

71. Τὸ Ὄνειον montis nomen videatur, de quo nihil dum comperi. Apoſtol. Ὄρειον hîc nominat, quaſi dicas terminum & limitem.

72. Homero rectè attribuit Suidas, apud quem ſemel iterumque eſt Ἰλιάδ. π'. & υ'. Platonis ſiue Comici ſiue Philoſophi locus veſtigandus: & vitiosè hîc ſcriptum arbitror ὡς παρνύδιον, reponendumque fortè ὥσπερ νήπιον. Simile autem Euripidis illud in Bacchis:

— κακοῦ γὰρ ἐγγὺς ὢν ἐμάνθανεν.
— *nam didicit affinis malo.*

75. Habet Diogenianus & Heſychius: ῥῶπος λεπτὸς καὶ ἀτελὴς, χόρτος, corruptè. Tu lege, vt hîc, φόρτος. Hinc & ῥωποπώλης, de qua voce multa obſeruat Iunius in Adagio 37. Cent.

76. Ῥοδίων χρησμός.] Ῥόδιοι τῇ Λινδίᾳ Ἀθηναίων θύοντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν διετέλουν τῷ ναῷ εὐχόμενοι. οὐκ ἦν δὲ αὐτοῖς ἀμίδα εἰσφέρειν. δόξαν οὖν αὐτοῖς, ἠρώτησαν τὸν Ἀπόλλωνα, εἰ τοῦτο δέοι ποιῆσαι. συγκατανεύσαντος δέ ποτε, ἀνεπυνθάνοντο πάλιν, χαλκῆν ἢ ὀστρακίνην. ὁ δὲ ὀργισθεὶς ἀπεφήνατο, μηδετέραν. λέγεται ἐπὶ τῶν περίεργα πυνθανομένων.

76. Rhodiorum oraculũ.] Rhodij Lindiæ Mineruæ operantes quotidie in tẽplo conuiuantes matulam non solent inferre sacris. Necessariam autem iudicantes, Apollinem consulunt an ea apponenda. Annuit ille. Quærunt denuò, æneáne an fictilis? Iratus ille, neutra respondit. Vsurpatur Prouerbium de inepta interrogantibus.

Σ.

77. ΣΙΛΦΙΟΥ λειμών.] Εἶδος βοτάνης τῆς Λιβύης σίλφιον. καὶ παροιμία, Βάττου σίλφιον.

S.

77. SILPHII pratum.] Herbæ species in Africa silphium: vnde & Prouerbium manauit, *Batti silphium.*

78. Sino-

Cent. IV. Latinis *Scrutarius* est & *Scruta*. Horatius de Iudæo:

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Ad quem respexit locum B. Hieronymus: *Ab Iudæo*, inquit, *audiuit vilia populis scruta vendente.*

76. Pro Ἀθηναίων, quod hîc deprauatè scribitur, repone è Diogeniano Ἀθηνᾷ dandi casu, & εὐωχούμενοι, pro εὐχόμενοι legisse in suo apparet codice Erasmum. reddidit enim: *annos aliquot apud aram Deæ conuiuia prorogabant, atque ibi perpetuò manebant*. De Lindo Rhodi ciuitate Strabo lib. XIV. Geograph. & Stephanus. Vnde etiam Parœmię, *Lindiorum & Rhodiorum sacrificia*, apud Diogenianum, apud quem eadem hæc, sed breuiùs, leguntur. De Minerua autem Lindia Diodorus Siculus lib. v. Bibliothecæ, Danaum cum filiabus ex Ægypto in Rhodum aduenisse narrans: Καὶ προσδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἱδρύσατο τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ καθιέρωσεν. *Ab incolis exceptus templum Mineruæ statuit, eiq́; delubrum consecrauit.* Statimque de Cadmo: Ὁ δ' οὖν Κάδμος καὶ τὴν Λινδίαν Ἀθηνᾶν ἐτίμησεν ἀναθήμασιν, ἐν οἷς ἦν λέβης ἀξιόλογος, κατεσκευασμένος εἰς τὸν ἀρχαῖον ῥυθμόν. *Tum Lindiam etiam Mineruam donariis Cadmus honorauit. Inter quæ fuit lebes, opus memorabile, antiqua fabricatum arte.* Strabo initio Mineruam à Ioue editam Rhodi ex Homericis creditum versibus ait pag. 450. & Colossum Solis à Charete Lindio fabricatũ, versumq; poëtæ explanat ex Il. β'. v. 656.

Λίνδον, Ἰάλυσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.
Lindum, Ialyssumq́;, argillosamq́; Camirum.

77. Βοτάνης, adieci vt necessarium ad sensum. Meminit Adagij & in Pythiis Pindarus. De *Silphio Batti* Aristophanes in Pluto, & fusiùs ibi Gręcus enarrator, & in Adagiis Erasmus: Apostolius verò, Σιλφίου βάθος. Latinis herba *Laserpicium* dictum, estque in Africa frequens: Catullus Epigram. VII.

Quàm magnus Libyssæ arenæ
Laserpiciferis iacet Cyrenis
Oraculum Iouis inter æstuosi,
Et Batti veteris sacrum sepulcrum.

Aristoteles in Cyrenensium politia, nummis etiã silphium insculpsisse Battum commemorat apud Scholiast. Aristoph. Et in nummis hodieque sic inscriptis herba spectatur ΚΥΡΑ apud V. Cl. Antonium Augustinum Dial. I. Antiquitatum in nummis, quos olim adolescentes Latinos ex Hiberico fecimus.

78. De

78. Sinopissare.] De indecorè agentibus dictum à Sinope scorto.

79. Scytharum solitudo.] De quibusdam desertis ab omnibus. Sic & dici solitum: *Scythico deserto deserta magis.*

80. Scytha asinum.] Iactatum in recusantes quidem verbo, re tamen ipsa appetentes. Quidam enim conspecto asini cadauere: Prandium, inquit, ô Scytha, adest. ast primùm ille tergiuersatus, pòst verò satagendo apparauit. * Simile est, Acarnanici asini.] Acarnanes enim à Comicis vt agrestes ac duri notabantur.

81. Samiorum flores.] In eos qui voluptati nimis indulgent.

82. Lecytho magis mutus.] Inquilini ab Atheniensibus iniuria affecti, ne hiscere quidem audebant.

83. Apio indiget.] De ægrotante.

78. Σινοπίσαι.] Ἐπὶ τοῦ ἀσχημονῆσαι· ἀπὸ ἑταίρας τινὸς Σινώπης.

79. Σκυθῶν ἐρημία.] Ἐπὶ τῶν ἐρημουμένων ὑπό τινων. καὶ τὰ ἐρημότερά φασι τῆς Σκυθίας ἐρημίας εἶναι.

80. Σκύθης τὸν ὄνον.] Ἐπὶ τῶν λόγῳ μὲν ἀκκιζομένων, ἔργῳ δὲ ἐφιεμένων. ἰδὼν γάρ τις νεκρὸν ὄνον, ἔφη, Δεῖπνόν τοι ὦ Σκῦθα. ὁ δὲ ἐβδελύξατο πρῶτον· αὖθις δὲ πολυπραγμονήσας, περὶ αὐτὸν ἐπονεῖτο. * ὅτι ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ἀχαρνεῖς ὡς ἄγροικοι καὶ σκληροί.

81. Σαμίων ἄνθη.] Ἐπὶ τῶν ὑστάταις ἡδοναῖς χρωμένων.

82. Συστομώτερος ληκύθου.] Οἱ γὰρ μέτοικοι λοιδορούμενοι ὑπὸ τῶν φύσει Ἀθηναίων οὐδὲ χάναι πρὸς τὰς λοιδορίας ἠδύναντο.

83. Σελίνου δεῖται.] Ὁ νοσῶν.

84. Σι-

78. De Sinope scorto nobili Athenæus lib.xv.& Suidas ex Alexide, Valerius Harpocration Anaxilao & Amphide Comœdis quoque refert proscissam teste H. Iunio Cent. v. Adagio 30. Posset etiam tractum videri Prouerbium à Sinopensium moribus, de quibus Geographi.

79. De Scythica non solùm barbarie & immanitate, sed & solitudine Q. Curtius Rufus l. VII. De gestis Alexandri Magni: *Scytharum, inquit, solitudines Græcis etiam Prouerbiis audio eludi*, &c. Vtitur in Acharnensibus Aristophanes.

80. Suidas totidem pænè verbis, nisi quòd ἐμυσάξατο præfert, eademque Diogenianus. Zenobius in Adag. Ὁ Σκύθης τὸν ἵππον gemina propè, & Clemens Alexandrinus in Pædagogo Scythas ait & equo vehi, & sanguinem secta vena epotare. M. Tullius lib. II. ad Atticum: *Habes Scytha* ὄνον. & explicat doctiss. Turnebus lib. XVIII. Aduers. cap. IX. Sequentia ὅτι ἐκωμῳδοῦντο, ad aliam pertinent Paræmiam. Fortè ad Ἀχαρνικοὶ ὄνοι, vt apud Hesychium legitur.

81. Adhibet Prouerbium è Clearcho Athenæus lib. XII. & Stephanus Samum ἀνθέμουσαν appellatam refert. Suidas etiam illud, Σαμίων ὁ δῆμος, de Samiis ab Atheniensibus bello motis & compunctis notis, quibus serui solent, explanat.

82. Zenobius, Diogenianus, Suidas, & Apostolius, σκάφης loco ληκύθου habent. Erasmus etiam σωπομώτερος legi concedit, vt metu contractum & humilem accipias.

83. Suidas ex Plutar. in vita Timoleontis exponit Cent. XII. morem fuisse Græcis, apio sepulcra, dum animam agerent ęgroti, aspergere. Plura de hoc ritu Io. Kirchmannus lib. IV. Funeralium cap. III. & Læuinus Torrentius ad Od. VII. Horatij Flacci, li. II.

84. Siphnus

84. Σιφνιάζειν.] Ὡς Κρητίζειν καὶ Λεσβιάζειν, ἀπὸ νήσου Σίφνου καλουμένης.

85. Σινδαρωνδιέσθαι.] Μέμνηται ταύτης Φερεκράτης. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ἄνδρας σίνεσθαι.

86. Σκάνδιξ.] Λάχανον ἄγριον. παρ' ὃ καὶ Σκανδικοπώλην τὸν Εὐριπίδην ἔλεγον, ὡς λαχανοπωλίτου υἱόν.

87. Σαοὺλ ἐν προφήταις.] Οὗτος ἐχρίσθη ὑπὸ Σαμουὴλ εἰς βασιλέα καὶ προφήτην. καὶ ἰδὼν αὐτὸν τὶς ἔφη· Καὶ Σαοὺλ ἐν προφήταις; καὶ ἔστι παροιμία· λαμβάνεται δὲ ἐπὶ τῶν μὴ ἀξίων.

88. Σαρδαναπάλου τρυφηλότερος.] καί; 89. Καταγηράσαις Τιθωνοῦ βαθύτερος.] 90. Κινύρου πλουσιώτερος.] 91. Δὶς παῖδες γέροντες.] Ὁ γὰρ Τιθωνὸς

84. Siphniaſſare.] Ab inſula Sipho dictum: qua forma Cretizare & Leſbiazare.

85. Viris multùm nocere.] Meminit eius Pherecrates; dictumq; quaſi viris calamitatem adferens.

86. Scandix.] Agreſte olus. Vnde & Euripides cognominatus Σκανδικοπώλος, vt olera vendentis filius.

87. Saul inter Prophetas.] Hic à Samuele vnctus in Regem ac Prophetam: quo viſo ait quidam admirabundus: *Num & Saul in Prophetis?* In Prouerbium hinc abiit, dictumque de indignis.

88. Sardanapalo mollior.] & 89. Conſeneſcas Tithono profundius.] 90. Cinyra ditior.] & 91. Bis pueri ſenes.] Tithonus etenim ſenio

---

84. Siphnus inſula vna Cycladum non procul Creta, auctore Stephano, cuius & Herodotus meminit, & Prouerbij etiam Heſychius, in quo emendandum vidit doctiſſimus Iunius Cent. IV. Adag. 66. ἀδδόμενος pro διδύμενος. aliud hinc Prouerbium: Σίφνιος ἀρραβών, quod & Suidas exponit. Addunt autem hîc membranæ: Ἔστι δὲ τὸ ἀπτέσθαι τῆς πυγῆς δακτύλῳ. Λεσβιάζειν δὲ τὸ παρανομεῖν στόματι.

85. Heſiodium eſt — ἀνδρὸς μέγα σίνεται. *Viris multùm obeſt*. & ibi interpretes. Deductum à verbo σίνομαι. Vide Etymologum & Varinum.

86. Scandix, vulgò *Scandaria*, viliſſimum oleris genus agreſte. De Euripidis Tragici matre Clito nomine, etſi nobilem fuiſſe Philochorus apud Moſcopulum in eius Vita aſſerat, olera tamen venditaſſe ait Theopompus apud Agellium lib. XV. Noctium cap. XX. & Valerius Maximus li. III. cap. IV. Diogenianus hoc ipſo Adagio, & Ariſtophanes ſalſus Comicus initio Equitum, vbi Demoſthenes: Μὴ διασκανδιάσῃς. & in Acharnenſibus Dicæopolis ait: Φεῦ δὲ δαιμονίως ὥσπερ ἡ μήτηρ ποτέ. & vtrobique Græcus enarrator, qui λαχανοπώλιδος υἱὸν nominat, pag. nuperæ edit. 289. & 394. De recentioribus, ex his Had. Turnebus lib. XV. Aduerſar. cap. III. & Ioan. Brodæus li. IV. Miſcellan. cap. XXVI.

87. Sacræ litteræ I. Reg. X. cap. ver. II. Parœmiam agnoſcunt, adhibetque Greg. Nazianzenus, κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν καὶ παροιμίαν, Apologia de fuga ſua in Pontum, de ſacra Scriptura loquens, quam omnes, vt hodieque, attrectare audent, etiam mulierculæ. Ex hoc Prouerbio colligo Collectanea hæc non Plutarchi videri, vt Eraſmo perſuaſum fuiſſe apparet; ſed hominis Chriſtiani, vt ſunt Michaëlis Apoſtolij, æqualis Beſſarionis Cardin. & à Politiano alibi citati; & ſatis ipſe oſtendit Adagio: Ἀποστολικὴν διάγεις πολιτείαν.

88. Quattuor hîc conglobata Prouerbia, eôdem ferè deriuata, etiam à Suida in dict.

καταγη-

ſenio confectus, in cicadam, vt optarat, mutatus eſt. Cinyras verò Pharnaces oriundus ſtirpe, eius qui Cypriorum Rex fuit, diuitiis præſtitit. Sardanapalus autem Aſſyriorum Rex, qui luxu & delitiis ſuum amiſit regnum; filius erat Anacyndaraxi Regis Nini Perſicæ regionis; molliter effeminateque ſe ornans, nec domeſticis conſpicuus, niſi eunuchis & puellis. Incenſo autem palatio in intimis ædium partibus deprehenſus periit. Sepulcro eius ita inſcriptum Aſſyriorum litteris:

SARDANAPALVS ANACYNDARAXI F.
TARSVM ET ANCHIALEM
VNO CONSTITVIT DIE.
EDE, BIBE, LVDE,
NAM CETERA NE HVIVS QVIDEM FACIO.

hoc eſt, ne digitorum quidem crepitatione ſunt digna. Inſiſtit enim monumento ſtatua, manibus ſupra caput tenſis, velut concrepantibus digitis. Eamdem quoque inſcriptionem Anchiale habuit, quæ ciuitas Tharſo adiacet, hodieque Zephyrion appellatur.

τὸ γῆρας ἀποθέμενος κατ' εὐχὴν, εἰς τέττιγα μετέβαλεν. ὁ δὲ Κινύρας ἦν ἀπόγονος Φάρμη βασιλέως Κυπρίων πλούτῳ διαφέρων. Σαρδανάπαλος δὲ Ἀσσυρίων βασιλεὺς, ὃς ἐπ' ἀκολασίᾳ καὶ τρυφῇ κατέλυσε τὴν ἰδίαν ἀρχήν. ἦν δὲ υἱὸς Ἀνακυνδαράξου βασιλέως Νίνου χώρας Περσικῆς, καλλωπιζόμενος αἰσχρῶς καὶ τοῖς οἰκείοις μὴ ὁρώμενος, εἰ μὴ εὐνούχοις καὶ κόραις. πυρπολουμένου δὲ τοῦ οἴκου, ἔνδοθεν εὑρεθεὶς ἀπέθανε. καὶ ἔστιν ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ Ἀσσυρίοις γράμμασι·

ΣΑΡΔΑΝΑΠΑΛΟΣ
ΑΝΑΚΥΝΔΑΡΑΞΟΥ ΠΑΙΣ
ΤΑΡΣΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΓΧΙΑΛΗΝ
ΕΔΕΙΜΕΝ ΗΜΕΡΗ ΜΙΗ.
ΕΣΘΙΕ, ΠΙΝΕ, ΟΧΕΥΕ,
ΩΣ ΤΑΓΕ ΑΛΛΑ ΟΥΔΕ ΤΟΥΤΟΥ
ΕΣΤΙΝ ΑΞΙΑ.

τουτέστι τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος. τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποίηται, ὡς ἀναποληκροῦν τοῖς δακτύλοις. ταυτὸν ἐν τῇ Ἀγχιάλῳ τῇ πρὸς Ταρσὸν ἐπιγέγραπται, ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον.

92. ΤΡΙΣ

Καταγηράσκω, niſi quòd neutro efferat genere: *Conſeneſcas vltra Tithonum, Cinyra opulentiùs, Sardanapalo delicatiùs, vt Prouerbium in te compleatur, Bis pueros eſſe ſenes.* Vſurpatumq; ait ἐπὶ τῶν πολυχρονίων, *de longæuis.* & mox legit: Κινύρας δ' ἀπόγονος Φαρνάκης βασιλεὺς Κυπρίων: qui hîc Φάρμη. & denique διαβιοὺς διατελεύτησεν, *exacta deceſſit ætate*, pro quo hîc, κατέλυσε τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, *ſuum diſſoluit imperium.* De Tithoni ætate Lucianus Adagium vſurpat in Dialogis. De Cinyræ verò opibus Plato lib. 1. de Legibus, & in Nemeis Pindarus, ac Naſo x. Metamorph. Pro ἀναποληκροῦν τοῖς δακτύλοις, quod Cicero *digitis concrepare* dixit, in Mich. Apoſtolio eſt ἀνακροτεῖν. Hic enim vltima deſcripſit, vt priora Suidas. Hæc de ſcriptura: nunc de Epitaphio Sardanapali corpori impoſito videamus, vt legitur non Aſſyriacè, ſed Græcè, vti putatur, à Charilo compoſitum, apud Strabonem lib. XII. & XIV. Athenæum libro VIII. Arrianum libro II. Ἀναβάσεως Alexandri Magni, & Scholiaſtem Ariſtophanis in Auibus pag. 590. nuperæ edit. ad illud, Τίς ὁ Σαρδανάπαλος οὑτοσί. Verſus autem inſcripti erant:

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς σὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμενος θαλίῃσι. θανόντι τοι οὔτις ὄνησις.

Καὶ

T.

92. ΤΡΙΣ ἓξ νικητήριος βόλος.] Ἐπὶ τοῦ εὐστόχου. ἀπὸ τῶν κυβευόντων. ὁ γὰρ βόλος ὁ πλήρης ἓξ ἦν. τὸ πάλαι δὲ τρεῖς ἐβάλλοντο κύβοι.

93. Τυφλὰ ὄνειρα.] Ἤτοι τὰ ἀπατηλά, ἢ ὅτι τοῖς μύουσι προσδιαλέγονται.

94. Τὸ Πάρνου σκαφίον.] Ἐπὶ τῶν τὰ μικρὰ πολλάκις ζητούντων. Πάρνος γὰρ κυβερνήτης ἦν, ὡς τὸ σκάφιον ἀπώλεσε συνεχῶς ἠνώχλει τῷ δήμῳ, καὶ τῇ βουλῇ, αἰτιώμενος τοὺς τὸ σκαφίον ὑφελομένους.

95. Τὰ ἐπὶ κοσκίνῳ.] Μαντευομένων δηλονότι, καὶ τὸ, Ἀπὸ τρίποδος: καὶ τὸ, Ἀπὸ δάφνης.

T.

92. TER sex victor est iactus.] De prospera & felici re dicitur: ductum à iactu cuborum, qui è senionibus plenus erat. Tribus enim cubis ludebant antiquitus.

93. Cæca somnia.] Hoc est, fallacia & falsa, vel quia cum nictantibus colloquium fit.

94. Scaphula Parni.] In eos qui minima assiduè consectantur. Parnus enim nauclerus amissa scapha molestus fuit cùm Senatui tum plebi, eos putidè accusando, qui nauigium subduxissent.

95. Quæ ex cribro.] Scilicet prædicta: vt dicitur, *E tripode*: &, *Laura vaticinans*.

96. Τήνελ-

Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι Νίνου μεγάλης βασιλεύων.
Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἐρώτων
Τερπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.
Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις οὐδέ ποτ' ἐσθλῆ
Κεκτήσθω δ' ὁ θέλων σοφίης τὸν ἀπείρονα πλοῦτον.
Cùm te mortalem noris, præsentibus exple
Deliciis animum; post mortem nulla voluptas:
Nam cinis ipse, Nini qui magna regna tenebā:
Hæc habeo, quæ edi, quæq; exsaturata libido
Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta.
Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.

Priores autem versus quinque alio ordine leguntur apud Clementem Alexandrinum Stromat. 2. & Theodoretum extr. Sermone XII. Græcanicarum affectionum: qui & Sermone IX. qui de Legibus est, ait: Σαρδανάπαλος ὁ Ἀσσύριος, ὁ ἡδοναῖς καὶ τρυφαῖς διαβόητος. *Sardanapalus ille Assyrius, voluptatibus ac deliciis notißimus*. Posteriores autem versus sic Athenæus habet dicto lib. VIII. Δειπνοσοφ.

Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις, οὐδέ ποτ' αὐτῆς
Λήσομαι, ἐκτήσθω δ' ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν.

Illos autem versus, *Hæc habeo, quæ edi;* — M. Tullius, extrema Tuscul. V. est interpretatus, qui & 2. de Finibus: *Non intelligo*, inquit, *cur Aristoteles Sardanapali Epigramma tantopere derideat, in quo ille Rex Assyriæ glorietur, se omnes secum libidinum voluptates abstulisse*. & lib X. ad Attic. epist. VII. *Nisi fortè me Sardanapali vice in suo lectulo mori mallè censueris, quàm exsilio Themistocleo*. Ceterùm quæ de gestu tendentis manus supra caput, tresque digitos priores erigentis hîc refert, Strabo item atque Arrianus, vereor sanè vt rectè interpretes reddāt cum P. Lælio in Horis Subsecivis libro III. cap. II. quasi manuum complosio, vt in applausu solet, ac veluti poppysma fuerit: cùm sit potiùs extenso brachio digitorum crepitus, medio in pollicem incumbente ac feriente indicem exstantem, quibus concrepantibus contemtus significatur.

92. Suidas adfert, & explicat Hadr. Iunius rectiùs quàm Erasmus Cent. V. Adagio 62. in *Ter sex iacit*, & nos ad Zenobij Parœmiarum Cent. IV.

93. Video Erasmum legisse singulari numero Τυφλὸν ὄνειρον. Diogenianus, vt hîc, multitudinis.

95. Suidas bis adhibet Centuria XIII. ibidemque illud: Τὰ ἐκ τρίποδος, *Hæc è tripode pronuntiata*.

 96. Τήνελλα

96. Τήνελλα.] Significat pugnæ victoriam. Imitatio est auspicij melodiæ, quod tibia fiebat.

97. Epimenidia pellis.] De reconditis rebus dictum. Hic enim Epimenides à Laconibus in adyto asseruabatur. Vixit auté, vt auctor est Theopompus, annos centum & quinquaginta septem, quorum septem somno transegerit.

98. Samiorum mala metuis.] De formidantibus inauditæ malitiæ proditiones.

99. Æsopicus sanguis.] De iis qui in difficilia sese mala ac probra implicarunt. Delphis enim sublato Æsopo irasci diuinum numen contigit.

100. Lignum incuruum numquam rectum.] Vulgi tritum sermone Prouerbium, iactatumque in eos, qui distorta corrigere negotia conati nihil proficiunt.

96. Τήνελλα.] Τοῦτο σημαίνει τὸ ἐν τοῖς ἀγῶσι νίκην. μίμημα γάρ ἐστι τοῦ αὐλητικοῦ ἐνδοσίμου.

97. Τὸ Ἐπιμενίδειον δέρμα.] Ἐπὶ τῶν ἀποθέτων εἴρηται. ἀπέκειτο γὰρ κατά τι λόγιον τοῖς Λακεδαιμονίοις τὸ τοῦ Ἐπιμενίδου δέρμα. ἐβίω δὲ οὗτος, ὥς φησιν ὁ Θεόπομπος, ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ἑπτά· ἅπερ ἑπτὰ ἐκαθεύδησεν.

98. Τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις.] Ἐπὶ τῶν δεδιότων τινὰς ἀνηκούστους κακῶν προδοσίας.

99. Τὸ Αἰσώπειον αἷμα.] Ἐπὶ τῶν δυσεκνίπτοις ὀνείδεσι ἐμπεπτωκότων. τοῖς γὰρ Δελφοῖς ἀνελοῦσι τὸν Αἴσωπον, συνέβη τὸ δαιμόνιον χαλεπῆναι.

100. Τὸ σκαλιὸν ξύλον οὐδέποτε ὀρθοῦται.] Αὕτη δημώδης. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν διεστραμμένα πράγματα κατευθύνειν πειρωμένων, καὶ μηδὲν ὠφελούντων.

ΕΚΑ-

---

96. Τιώνελλος & Τιώνελλα lyræ etiam harmonia est, victoriam denuntians: non tamen est classicum canere aut receptui, vt in pugna solêne. Ἐνδόσιμος verò qui rhythmus sit, explicat in Comment. Budæus.

97. Est in Diogeniani Prouerb. De somno autem Epimenidis, vt & Endymionis, non eadem omnibus sententia est. M. Varro enim & Plutarchus quinquaginta dormiisse annos putant: septem his C. Plinius adiicit lib. VII. Nat. histor. cap. 52. Laërtius verò quadraginta septem: vt hîc ζ addendum opiner μζ, vel νζ. Prouerb. quoque exstat, *Vltra Epimenidem dormire*, ex illo Luciani in Timone: Ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κεκοίμηται. Vide Pet. Victorium lib. XXIIII. cap. 1. Variar. lect.

98. Suidas Cent. XIII. ἀποπτύεις legit, redditque Germanus interpres *exspuis*. Ego verò nihil demuto. Mox pro ἀνηκέστοις, quod hîc scriptum repperi, reposui ἀνηκούστοις. In Suida tamen, ne quid dissimulem, ἀνεκέστους κακῶν passim editum. De Samiis autem litteratis, bellique stigmate compunctis, nos ad Zenob. Adag. *Samiorum mala*.

99. Suidas Centuria 1. legit δυσαπορρίπτοις: Diogenianus verò δυσαπονίπτοις Centuria 1. & mox legi malim περιπεπτωκότων. De nece Æsopi in eius vita Maximus Planudes, & Ioach. Camer.

CENT.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Δ.

1. ΤΟ Φρυνίχου πάλαισμα.] Κατὰ τῶν φρονίμως καὶ συνετῶς σοφιζομένων. Θουκυδίδης ἱστορεῖ, ὅτι Φρύνιχος ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς ἐν Σάμῳ, μελλόντων τῶν στρατιωτῶν κατάγειν Ἀλκιβιάδην, ἐδήλωσε τῷ ναυάρχῳ Λακεδαιμονίων ὁ Φρύνιχος, ὅτι βούλοιτο αὐτῷ προδοῦναι τὸ στράτευμα. λαβόντος δὲ τὴν ἐπιστολὴν Ἀλκιβιάδου, καὶ πέμψαντος τοῖς Ἀθηναίοις, παρὰ μικρὸν ἐλθὼν ἀπολέσθαι ὁ Φρύνιχος, γράφει πάλιν τῷ ναυάρχῳ τὸ γεγονὸς, αἰτιώμενος καὶ φάσκων τὸ στράτευμα πάλιν προδώσειν αὐτῷ εἰ ἐπέλθοι. σημάνας δὲ προηγόρευσε τοῖς στρατιώταις δευτέραν ἥξειν ἐπιστολὴν κατ᾽ αὐτοῦ παρὰ Ἀλκιβιάδου, καὶ πολεμίων ἐφόδου ἐσομένης φυλάξασθαι. οὕτως δὲ γεγονότων τούτων, καὶ κομιζόντων μὲν τῶν γραμμάτων, γενομένης δὲ τῆς ἐφόδου, ἐπίστευσαν οἱ στρατιῶται πάντα καὶ τὰ νῦν καὶ τὰ πρότερα κατὰ τοῦ Φρυνίχου ὑπ᾽ Ἀλκιβιάδου γεγενῆσθαι.

2. Τὸ ἀρνίον σοι λελάληκεν.] Αἰγύπτιοι τοῦτό φασιν, ὅτι ἀνθρωπείᾳ φωνῇ τὰ μέλλοντά τινι τῶν βασιλέων λελάληκεν.

3. Τὸ Ἡσιόδειον γῆρας.] Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρχομενίων πολιτείᾳ, δὶς τεθάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον, καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν·

Χαῖρε δὶς ἡβήσας, καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας
Ἡσίοδ᾽, ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

CENTVRIA IV.

1. PHRYNICHI calliditas.] In eos qui callidè quid & vafrè machinantur. Scribit Thucydides Phrynichum ducem Atheniensium Sami, cùm milites Alcibiadem eò esset ducturus, nauarcho Lacedæmoniorum nunciasse se illi exercitum proditurum. Intercepta hac ab Alcibiade epistola, Athenasque missa, extinctus propè Phrynichus iterùm scribit nauarcho quod acciderat, expostulans, ac promittens iterùm se exercitū proditurum si suum admoueret. Qua re indicata militibus, ait alteras contra se venturas ab Alcibiade litteras. Qua re gesta cùm allata epistola tum impetu facto, certo milites crediderunt priùs & nunc aduersus Phrynichum tentata omnia ab Alcibiade fuisse.

2. Agnus tibi locutus.] Fabulantur Ægyptij humana voce agnum Regi cuidam futura nuntiasse.

3. Hesiodi senecta.] Aristoteles in Republica Orchomeniorum bis sepultum ait Hesiodum, & ita tumulo inscriptum legisse:

Salue pubescens iterùm, ac bis condite salue,
Hesiode, humanæ qui modus es Sophiæ.

sic

CENT. IV.

1. Eadem Suidas Centuria XIV. Desiderius *luctam* nunc *luctationem* vertit. Mihi magis placet *calliditas*, aut *inuentū*. Quid autem

ſic enim ſeneſcens repubeſcere eſt viſus, ac bis ſepultus.

4. Meliacum nauigium.] Dictum in naues perfluentes. Refert enim Ariſtoteles Hippotam coloniæ deducendæ præfectum, diris eos, qui ſecum nauigare nollent, deuouiſſe: partim excuſatione vſos, quòd domi vxores ægrotarent; partim quòd naues eorum aquam admitterent; conſtanter eſt eos execratus, ne vmquam ſolidum haberent nauigium, & vxorum ſuarum perpetuò obnoxij eſſent imperio.

5. Cariſſimorum cariſſima.] Melienſibus oraculo præcepit Apollo, vt amarent cariſſimorum cariſſima. Ad annum itaque ſeptimum decimum filios nudos circumgeſtabant, oſculabanturque in Olympia.

6. Theſſalorum commentum.] Dictum in fraudulenter & improbè agentes.

7. Corycæus hæc auſcultauit.] Cum piratis Corycæi quidam conſpirantes, nauigantium ſarcinas curioſè obſeruando, quo die conſcenderent, piratis indicabant. Qua re à mercatoribus explorata, pleraque abſcondebant. Id rurſum piratis cùm eſſet ab explorato-

παρὸν τότε γῆρας ἀπέβη, καὶ δὶς ἐτάφη.

4. Τὸ Μηλιακὸν πλοῖον.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν ῥεόντων πλοίων. φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης, Ἱππότην εἰς οἰκίαν ἀποστελλόμενον τοῖς μὴ βουληθεῖσιν αὐτῷ συμπλεῖν καταρᾶσθαι. ἐπειδὴ γὰρ προφασιζόμενοι οἱ μὲν τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἀρρωστεῖν, οἱ δὲ τὰ πλοῖα ῥεῖν, κατέμενον, κατηράσατο μήτε πλοῖα στεγανὰ γενέσθαι ποτὲ, καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀεὶ κρατεῖσθαι.

5. Τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα.] Μηλίοις ἀνεῖλεν ὁ θεὸς, φιλεῖν τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα. μέχρις οὖν ἐτῶν δέκα ἓξ γυμνοὺς περιέφερον τοὺς παῖδας, καὶ κατεφίλουν ἐν Ὀλυμπίᾳ.

6. Τὸ Θετταλὸν σόφισμα.] Ἐπὶ τῶν σοφιζομένων, καὶ κακουργούντων.

7. Τοῦτ᾽ ἄρα ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο.] Πειραταῖς τισί τινες τῶν ἐκ Κωρύκου συνέπραττον περιεργαζόμενοι τῶν πλεόντων τὰ φορτία, καὶ καθ᾽ ἣν ἡμέραν ἀποπλεύσουσιν ἐμήνυον ταῦτα τοῖς πειραταῖς. τοῦτο μαθόντες οἱ ἔμποροι, ἀπέκρυπτον τὰ πολλά. ἐπειδὴ δὲ καὶ οὕτως ἔνιοι τοῖς πειραταῖς ἐμηνύετο,

tem ſit πάλαισμα docet Pet. Victorius lib. II. Variar. lect. cap. X. & lib. XXI. cap. II. Thucydidæ narratio eſt lib. VIII. belli Pelopon. pag. 588. 589. vbi *Aſtyochum* nominat Lacedæmoniorum claſſis nauarchum.

4. Suidas habet Cent. IX. ἄγαν ἐκρεόντων pro ῥεόντων, & εἰς ἀποικίαν. Mox etiam legas: καὶ γυναικοκρατεῖσθαι. Turbat hîc Eraſmus, vitioſo Suidę vſus exemplari Gręco, dum hîc *Ariſtotelem* neſcio quem *Meliacum* ſomniat.

6. Zenobius refert Centur. IV. Adag. 29. & Suidas ſemel iterumque Centuria VII.

7. Zenobius totidem pænè verbis Centuria IV. Adag. Κωρυκαῖος ἠκροάζετο. & Suidas Centuria XIII. In extremo tamen, εἰς γνῶσιν ἢ ἐρχομένων. Equidem pro διεξερχομένων,

ἐμήνυε, ἐκράτησεν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δοκούντων μὲν λάθρα πράττεσθαι, εἰς γνῶσιν δὲ ἐξερχομένων.

8. Τὰ πολλὰ πράττειν, οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ.] Ἐπὶ τῶν εἰς κίνδυνον ἐμπιπτόντων, διὰ τὸ πολλὰ πράττειν.

90. Αὐτὸ δείξει.] Ita & Hesychius: Αὐτὸ δείξει. παροιμία ἔξω τοῦ ἐπιλόγου λεγομένη. ἧς μνημονεύει καὶ Πλάτων. Platonis locus est in Theæteto: Ὁ τὸν ποταμὸν καθηγούμενος, ὦ Θεαίτητε, ἔφη, ἄρα δείξει αὐτό. Quò respexit etiam Aristænetus lib. 1. Epist. IV. è Platone emendandus: Πλὴν αὐτὸ δείξει ὁ τὸν ποταμὸν (malè vulg. τῶν ποταμῶν) καθηγούμενος ἔφη. Aristophanes in Lysistrata integrum extulit:

Τοὔργον τάχ᾽ αὐτὸ δείξει.

Ac simile eiusdem Comici in Vespis:

Τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστιν, αὐτὸ γὰρ βοᾷ.

Item Plauti illud: *– rem tibi auctorem dabo.*
& Terentij in Eunucho Act. 4. Sc. 4.

Quid isti credam? res ipsa indicat.

94. Αὐτὸς

91. Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τῆς θύρας.] Ἐπὶ τῶν ἀληθευόντων· οἷον, Ἐπ' αὐτὴν ἐλήλυθας τὴν ἀλήθειαν.

92. Αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς δεικνυόντων ἐν τοῖς πράγμασιν ὁποῖοί τινες εἰσίν.

93. Αὐτὸς γὰρ εὗρε τοῦ κακοῦ τὴν πητύαν ἤτοι τὴν πηγήν.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς κακὰ ἐπισπωμένων.

94. Αὐτὸς ἔφα.] Τοῦτο παροιμιακὸν ἐπὶ Πυθαγόρου τοῦ φιλοσόφου εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον. οὗτος γὰρ ἀποσεμνύνων τὸν ἑαυτοῦ λόγον καὶ βίον, ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἔλεγεν· Αὐτὸς ἔφα· ἀντὶ τοῦ εἶπεν, οὐκ ἐμὸς ἀλλὰ τοῦ θεοῦ λόγος ἐστίν.

91. Ipsum ianuę limen pulsasti.] De iis qui veritatem dicunt. Sic dicitur: *In ipsam incidisti veritatem.*

92. Ipse se canit.] De iis qui in rebus gerendis demonstrant quales sint.

93. Ipse fontem mali repperit.] De iis qui sibi ipsi mala accersunt.

94. Ipse dixit.] Istud prouerbiale à Pythagora Philosopho ad vitam translatum est. Is enim, vt orationi suæ & vitæ auctoritatem conciliaret, in congressibus aiebat: *Ipse dixit*: hoc est, non meus, sed Dei sermo est.

95. Nunc

---

94. Αὐτὸς ἔφα.] Pythagoram de Deo id adhibere solitum hic prædicat, Pythagoræ discipulis id tribuit Cicero lib. I. de Natura Deorum, & M. Quinctilianus. Laërtius in eius vita à Pythagora Zacynthio manasse pronuntiat. Verùm Ciceroni subscribũt, Clemens Alexandrinus, Gregor. Nazianzenus, & B. Cyrillus Alexandr. libro III. Comment. in Isaiam cap. 32. loca illorum lectu digna huc referre placuit. Sic igitur ille Stromateus lib. II. Ἄτοπον, τοὺς μὲν Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου ζηλωτὰς, τὰς τῶν ζητουμένων τὰς ἀποδείξεις παραιτουμένους, τὸ, Αὐτὸς ἔφα, πίστιν ἡγεῖσθαι, καὶ ταύτῃ ἀρκεῖσθαι μόνῃ τῇ φωνῇ πρὸς βεβαίωσιν, ὧν ἀκηκόασι. τοὺς δὲ τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονας ἀπιστεῖν ἐπιχειροῦντας ἀξιοπίστῳ τῷ διδασκάλῳ τῷ μόνῳ σωτῆρι Θεῷ, βασάνους τῶν λεγομένων ἀπαιτεῖν παρ' αὐτοῦ. *Absurdum fuerit, Pythagoræ quidem Samij sectatores, recusatis eorum quæ dicebantur demonstrationibus, illud, Ipse dixit, fidem facere arbitrari, & ad ea quæ audierant confirmanda, hanc vocem satis esse ducere: eos verò qui contemplandæ veritatis tenentur desiderio, fide digno magistro soli Seruatori Deo fidem non habere.* Nazianzenus Inuectiua I. in Iulianum. Obiicit enim Christianis παραβάτης ille linguæ infantiam & ἀγροικίαν, & solam illis esse sapientiam τὸ πίστευσον, *Crede*. Subiicit Nazianzenus: Οὐκ ἂν μὲν οἶμαι τοῦτο καταγελάσαιεν οἱ παρ' ὑμῖν τὰ Πυθαγόρου φιλοσοφοῦντες· οἷς τὸ, Αὐτὸς ἔφα, τὸ πρῶτον καὶ μέγιστόν ἐστι τῶν δογμάτων, καὶ τῶν χρυσῶν ἐπῶν, εἴ τ' οὖν μολιβδῶν αἱρετώτερον. μετὰ γὰρ τὴν πρώτην καὶ πολυύμνητον τοῖς τὰ ἐκείνου τελουμένοις φιλοσοφίαν τῆς σιωπῆς, ἵνα λόγου μέτρα σιωπῶντες ἀσκηθῶσιν, ἔννομον, φησὶν, ἦν ὁπουοῦν τῶν δογμάτων ἐρωτωμένοις, ἔπειτ' ἀποφαινομένοις, ἀπαιτουμένου καὶ λόγου, ἄλλο μὲν μηδὲν ἀποκρίνεσθαι, ὅτι δὲ Πυθαγόρᾳ ταῦτ' εἴη δεδογμένον, &c. Quæ Billius sic reddit: *Hoc, vt opinor, non irriserint qui apud vos Pythagoræ philosophiam colunt: quibus illud, Ipse dixit, dogmatum omnium primum est & maximum, aureisq; imò plumbeis carminibus præstantius. Etenim post primam illam, atque apud eos qui illius placitis initiabantur, celebratissimam silentij Philosophiam (vt sermonis moderationem tacendo condiscerent) solemne & vsitatum erat, de quocumque dogmate interrogarentur, rationemq; poscerentur, nihil aliud respondere, quàm quòd Pythagoræ ita placuisset.* Quòd autem loquendi hunc morem sumsisse Pythagoram ab Ægyptiis opinatur Erasmus, ab Hebræis meliùs dixisset, quorum Prophetis hæc formula est familiaris: *Hæc dicit Dominus.* Et: *Os Domini locutum est.*

95. Nunc ipse quid peragito, dein Deos voca.] Prouerbium simile isti: *Cum Minerua & manum moue.* non debere nos opis diuinæ fiducia sedere ignauos. Vsurpatur de mulieribus, iis præsertim, quibus operis aliquod est faciendum.

96. Cum ipsis cophinis caseo vesceris.]

97. Seipsum non alens, canes alit.] De inopibus, alios alere se velle pollicentibus.

98. Tollere fila.] De iis qui faciunt omnia per adulationem.

99. Omisso fune pedem persequuntur.] De iis qui necessariis prætermissis superuacanea pluris faciunt. Est apud Hyperidem.

100. Aphthas tibi locutus est.] Fuit Aphthas ille vates quidam.

CENTVRIA IV.

1. IVSIVRANDVM Venereum non est pœna dignum.] De iis qui ob amorem sæpè iurantes peierare non dubitant.

2. Aphya in ignem.] Prouerbium de iis quorum finis est celerrimus. Nam aphya citissimè coquitur.

3. E sublimi derides me.] Id est,

95. Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς θεοὺς κάλει.] Ὁμοία τῇ· Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει. ἐπὶ τοῦ μὴ χρῆναι ἐπὶ ταῖς τῶν θεῶν ἐλπίσι καθημένους ἀργεῖν. τίθεται δὲ ἐπὶ γυναικῶν καὶ μάλιστα ὀφειλουσῶν ἐργάζεσθαι.

96. Αὐτοῖς ταλάροις ἐσθίεις τὸν τυρόν.]

97. Αὑτὸν οὐ τρέφων, κύνας τρέφει.] Ἐπὶ τῶν ἀπορούντων μὲν, ἄλλους δὲ τρέφειν ἐπαγγελλομένων.

98. Ἀφαιρεῖν κρoκίδας.] Ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων ἕνεκεν κολακείας.

99. Ἀφέντες τὴν ὑπέραν τὸν πόδα διώκουσιν.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἀναγκαῖα μὲν παραλιμπανόντων, τὰ περιττὰ δὲ περιπωμένων. παρὰ Ὑπερείδῃ.

100. Ὁ Ἀφθάς σοι λελάληκεν.] Ἦν δὲ χρησμολόγος.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Δ.

1. ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.] Ἐπὶ τῶν δι' ἔρωτα ὀμνυόντων πολλάκις καὶ ἐπιορκούντων.

2. Ἀφύα εἰς πῦρ.] Ἐπὶ τῶν τέλος ὀξὺ λαμβανόντων ἡ παροιμία. παρόσον καὶ τὴν τάχιστα ἕψεσθαι συμβαίνει.

3. Ἀφ' ὑψηλοῦ μου καταγελᾷς.] Οἱονεὶ,

---

95. Αὐτός τι νῦν δρῶν, &c.] Senarius est. De altero, Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει, noster inf. & pluribus Zenobius. Simile etiam, quod ex Agathone refert Aristoteles lib. v. Moral. Eudem.

Τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην.

96. Αὐτοῖς ταλάροις.] Subaudiendum σὺν αὐτοῖς. addendumque videtur παροιμία εἰς ἀδηφάγον, vel quid simile, quamquam nihil ab edito variet Suidas calamo exaratus.

99. Ἀφέντες τὴν ὑπέραν.] Eustathius in Odyss. ε'. explanans vocem ὑπέρας.

CENT. IV.

1. Ἀφροδίσιος.] Vide Chiliastem in *Venereum & Aphrodisium iusiurandum.* & : *In vento & aqua scribere.* & P. Victorium lib. IX. Variar.

Οἱονεὶ, πάνυ μου καταφρονεῖς. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀφ' ὕψους διαλεγομένων.

4. Ἀχαϊκὸν βέλος.] Ἐπὶ τῶν εὐστόχως βαλλόντων. παρόσον πάντων ἐπιτηδειότατόν ἐστι τὸ τοιοῦτον βέλος πρὸς πολιορκίαν, τὸ τῶν ἐξ Ἀχαίας σφενδονιτῶν βέλος.

5. Εἰς ἄχρηστα μὴ ἀναλίσκειν.] Μή ποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα, μὴ παῖδα βάσκανον, μήτε γυναῖκα λάλον, μήτε παῖδα νήπιον, μήτε γείτονος κύνα, μὴ λάλον κωπηλάτην, μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσάττειν· ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνὼς μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου τῆς εὐκλείας ἀποθρανσθῇς. τοὺς δὲ γονεῖς σου ὑφ' ὧν ἐνεοττοτροφήθης, μηδαμῶς κακοποιήσῃς, διότι παῖδά σε ὑπάρχοντα πολλάκις ἔτυψάν τε καὶ Ἰαπετόν τινα, τουτέστι, λῆρον ἢ μωρὸν ὠνόμασαν.

B.

6. Βαβαὶ Μύξος.] Ἐπὶ τῶν κομπαζόντων καὶ μεγαλαυχέντων. Μύξος γὰρ ἐγένετο τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεὺς ἀστεῖός τις καὶ μεγάλαυχος.

7. Βάκηλος εἶ.] Κατὰ τῶν ἐκλύτων καὶ ἀνάνδρων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἀπόκοποι.

8. Βάκχυρις.] Ἐπὶ τῶν δικαιοτάτων. τοιοῦτος γὰρ οὗτος βασιλεὺς Αἰγύπτου.

prorsus contemnis. Tralatio ab iis, qui è superiore loco verba faciunt.

4. Achaicum telum.] De iis qui feliciter iaculantur. Nam Achæi funditores tela in oppugnationibus solertissimè coniiciunt.

5. In res inutiles sumptus ne facito.] Ne benè facias seni, ne puero inuido, ne loquaci mulierculæ, ne infanti, ne vicini cani, ne garrulo remigi, neque in saltatriculæ domum insilito: ne illis rebus inhians, malo à meretricula ictus de gloria deturberis. Parentes verò tuos, à quibus instar pulli gallinacei nutritus es, nequaquam malè tractabis, quãtumuis puerum te adhuc existentem, verberaruntque, & Iapetum, hoc est, delirum & stultum sæpè vocitarunt.

B.

6. Papae Myxus.] De gloriantibus, & magna iactantibus. Fuit enim Myxus quidam Dianæ sacerdos, vrbanus & gloriosus.

7. Bacelum.] Id est, eunuchum esse. In dissolutos & effeminatos: cuiusmodi sunt castrati.

8. Bacchyris.] De hominibus iustissimis. Talis enim fuit hic Ægyptiorum Rex.

9. Bac-

Variar. cap. 13. Ita Ouidius alibi:

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Aeolios in freta ferre Notos.

5. Εἰς ἄχρηστα.] Diogenianus ita Prouerbium effert: Μή ποτ' εὖ ἔρδειν γέροντας, μηδὲ γυναῖκα, μηδὲ παῖδα, μηδὲ κυνά τινος, μηδὲ λάλον κωπηλάτην. Ib nostra lege. Quæ verò sequuntur, μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσάττειν, &c. ex Aristophanis Νεφέλαις descripsit Suidas, vt & dict. Μήλῳ βληθῆναι.

6. Βαβαὶ Μύξος.] Eadem inf. in Μύξος, & Diogenianus, atq; Appendix Vatic. Cent. 1. Adag. 20. & *Myxum* in Epheso Dianę sacrificulum fuisse ait.

7. Βάκηλος εἶ.] Hesychius: Βάκηλος, ὁ μέγας ἢ ἀνόητος, ἢ ὁ ἀπόκοπος, ὁ ὑπ' ἐνίων γάλλος, &c. Lexicon Rhetoricum apud Etymologum: Βάκηλος, μέγας μὲν, ἀνόητος δὲ καὶ γυναικώδης.

Addit-

9. Bacchæ instar.] De semper tetricis & taciturnis, quia Bacchæ tacent.

10. Abi ad coruos.] Hoc est, in malam rem. peri.

11. Abi ad Macariam.] Id est, ad Orcum. De iis qui per virtutem pericula adeunt. Nam Macaria Herculis filia, Eurystheo Athenas inuadente, victimam se obtulit pro salute reliquorum.

12. Petere pomis.] De iis qui suis amoribus potiuntur.

13. Tela coniice in eum qui artem tenet.] In eos qui arti eidem deditis conuiciantur.

14. Balneator.] De curioso & inepto.

15. Baculus, & habitus, & palliolum siue triobolum.] Per derisum hæc dicebantur in iudices Atheniensium.

16. Telo coniecto fugam adornas?] Aduersus eos qui perpetrato facinore se euasuros putant.

17. Tinctura Cyzicena.] Impuram deformitatem sic appellant Attici.

9. Βάκχης τρόπον.] Ἐπὶ τῶν ἀεὶ συγνῶν καὶ σιωπηλῶν, παρόσον αἱ Βάκχαι σιγῶσιν.

10. Βάλλ' εἰς κόρακας.] Τουτέστιν, ἄπιθι εἰς ἀπώλειαν καὶ φθόρον.

11. Βάλλ' εἰς Μακαρίαν.] Οἷον, εἰς ᾅδου. Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς εἰς κίνδυνον κατ' ἀρετὴν διδόντων. Μακαρία γὰρ ἡ Ἡρακλέους, ὁπηνίκα ἐπεστράτευσεν ὁ Εὐρυσθεὺς ταῖς Ἀθήναις, ἑαυτὴν ἐπέδωκε σφάγιον ὑπὲρ τῆς τῶν λοιπῶν σωτηρίας.

12. Βάλλειν μήλοις.] Ἐπὶ τῶν τυγχανόντων ὧν ἐρῶσι.

13. Βάλλ' εἰς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην.] Ἐπὶ τῶν λοιδορούντων τοὺς ὁμοτέχνους.

14. Βαλανεύς.] Ἐπὶ τοῦ πολυπράγμονος καὶ περιέργου.

15. Βακτηρία, καὶ σχῆμα, καὶ τριβώνιον ἢ τριώβολον.] Τοῦτο ἐπὶ τῶν σκωπτόντων τοὺς δικαστὰς Ἀθήνησιν ἐλέγετο.

16. Βαλὼν φεύξεσθαι οἴει;] Πρὸς τοὺς κακόν τι δράσαντας, καὶ οἰομένους ἐκφεύξειν.

17. Βάμμα Κυζικηνόν.] Τὴν ἀκάθαρτον ἀσχημοσύνην λέγουσιν οἱ Ἀττικοί.

18. Βάμμα

Additque dici βάκηλον, οἱονεὶ βιάκολός τις ὤν, ὁ βίᾳ καὶ μανίᾳ κόλος γεγονώς, &c. Plura Phrynichus De vocibus Atticis, & ad Phrynichum Nunnesius.

10. Βάλλ' ἐς κόρακας.] Inf. ἐς κόρακας. Eustathius in Iliad. μ'. & in Odyss. vbi & sequens enarrat Prouerbium.

11. Βάλλ' εἰς Μακαρίαν.] Eadem Hesych. ac pluribus Zenobius.

12. Βάλλειν μήλοις.] Sup. Ad. Εἰς ἄχειρα, &c. ex Aristoph. Νεφέλαις· Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου. Inf. μήλῳ βληθῆναι. Plura alibi notabam.

14. Hesychius: Βαλανεὺς, πολυπράγμων, περίεργος καὶ παραχύτης.

17. Βάμμα Κυζικηνόν.] Eadem Etymologista. Hesychius: Βάμμα Κυζικηνόν. Κυζικηνοὶ διὰ τὸ Ἴωνες εἶναι ἐκωμῳδοῦντο ἐπὶ μαλακίᾳ. Gemina Aristophanis Interp. ἐν εἰρήνῃ ad versum illum:

Τηνικαῦτ' αὐτὸς βέβαπται βάμμα Κυζικηνικόν.

Κυζικηνὸν autem dictum pro Κυζικηνικόν. Stephanus: Κέχρηται δὲ καὶ τῷ Κυζικηνὸς ἁπλῷ ἀντὶ κτητικοῦ, ὡς τὸ Τυρσηνοὶ ἀντὶ τοῦ Τυρσηνικοῦ. Plura eiusmodi, in quibus ἁπλοῦν ἀντὶ κτητικοῦ positum, congessit Crepundiis Silianis Daniel Heinsius pag. 343.

18. Βάμμα

18. Βάμμα Σαρδινιακόν.] Ἀντὶ τοῦ μή σε ἐρυθρὸν ποιήσω. οἷον ἵνα μή σε φοινίξω. νῆσος γάρ ἐστι μεγίστη ἡ Σαρδὼ περὶ τῇ Ἰταλίᾳ, ἐν ᾗ γίνονται αἱ πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξύταται.

19. Βάσανος λίθος.] Ἐπὶ τῶν ἐξεταζόντων ἐν λόγοις ἢ ἔργοις, παρόσον ἡ Λυδία λίθος τὸν χρυσὸν δοκιμάζει. ὅτι οἱ ἔξω φασίν· ἡ ἀμφισβήτησις κρίσει ἀναφερέσθω· ἡ δὲ κρίσις τοὺς ἐλέγχους βασανιζέτω· ἡ δὲ βάσανος τὸ δέον ὁριζέτω· ὁ δὲ ὅρος γεγράφθω· τὰ γεγραμμένα κυρούσθω· τὰ δὲ κυρωθέντα βεβαιούσθω τοῖς ἔργοις, καὶ πᾶσα ἀψιμαχία οἰχέσθω, καὶ πάλιν φιλία χορευέτω.

20. Βάτα Κάρας.] Ἐπὶ τῶν παχέων καὶ δυνατῶν.

21. Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου φησί τις.]

22. Βάττου σίλφιον.] Ἐπὶ τῶν σπανίως τιμὰς λαμβανόντων. οἱ γὰρ Κυρη-

18. Tinctura Sardiniaca.] Pro, nō te rubentē reddam. Nam insula maxima est Sardinia, vicina Italiæ, in qua nascuntur purpuræ præstātes & acutissimæ.

19. Lapis Lydius seu index.] De iis qui verbis aut factis aliquid explorant, quemadmodum lapis Lydius aurum. Externi dicunt: Controuersia ad iudicium referatur, iudicium probationes examinet, examen decernat quid fieri oporteat, decretum scribatur, scriptum ratum habetor: quod ratum est habitum, re ipsa confirmetur, omnis concertatio facessat, & pax reflorescat.

20. Bata Caras.] De crassis & potentibus.

21. Rem acu, quemadmodum dici solet, tetigisti.]

22. Batti silphium.] De iis quibus rari honores deferuntur. Nam Cyrenæi

---

18. Βάμμα Σαρδιανικόν.] Idem Comicus in eadem Eirene:

Ἦν ἐκεῖνός φησιν ἔσται βάμμα Σαρδιανικόν.

& in Ἀχαρνεῦσι·

Ἵνα μή σε βάψω βάμμα Σαρδιανικόν.

19. Βάσανος λίθος.] Etymologus, Βάσανον interpretatur λίθον χρυσοχοϊκήν. & subdit statim, Βάσανός ἐστι λίθος λεγομένη, ἡ τὸ χρυσίον παρατριβόμενον δοκιμάζουσα. οὕτω πάντες κέκρινται ἀξιόλογοι. Io. Tzetzes Chil. XII. Hist. 402.

Βάσανος λίθος μέλαινα, δοκιμαστὴς χρυσοῦ.

Vide Hesychium & Harpocrationem in Lexicis. Hinc βασανίζειν, ἀντὶ τοῦ δοκιμάζειν, καὶ ἐλέγχειν τἀληθὲς διὰ λόγων, auctor Etymol.

20. Βάτα Κάρας.] Ita διὰ διαστολὴν legendum monet Suidas, & Excerpta παροιμιῶν Bibliothec. Vaticanæ, atque Erasmus Chil. IIII. Cent. II. 79. quem vide. Simili, vt arbitror, modo, apud Hesychium βατακάρας legitur: tametsi quid sibi velit, nondum capio. Zenobij exemplar manuscriptum Biblioth. Vatic. Βάτου Κάρας legit, & subiicit: Ἔστι δὲ υἱὸς ὁ Κάρας τοῦ Βάτου, ὡς ἐν τῷ Ἡραίῳ τῷ Σαμίῳ ἐπιγέγραπται. Atque hinc fortè Hesychius ac Suidas noster restituendi.

21. Τὸν βατῆρα τοῦ λόγου.] Eustathius in Odyss. α'. & auctor Etymologici in Βατήρ. Affine sup. Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τῆς θύρας. & Plauti in Rudente Scen. Numquam: *Acu tetigisti.*

22. Βάττου σίλφιον.] Aristoph. ἐν Πλούτῳ·

— Οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι

Τὸν Πλοῦτον αὐτὸν, καὶ Βάττου σίλφιον.

— non si dares

Mihi Plutum ipsum, adeoq; Batti silphium.

Ad quem locum multa Scholiastes, laudans etiam Aristotelem ἐν πολιτείᾳ Κυρηναίων. Hesychius: Βάττου σίλφιον. Παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς ὑπερβαλλούσας τιμὰς δεχομένων. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ, Κυρηναίοις ἐνὶ τῶν βασιλέων μεταδοῦναι. ἐξαίρε-

næi Batto vni eximium dederunt silphium: & in vna nummi parte Ammonem, in altera silphium scalpserunt, Ampeliotæ verò in Libya, Delphis caulem silphij dedicarunt. Est autem suauis odoris & magni pretij. Battus verò conditor fuit Cyrenarum.

23. Rana Seriphia.] De mutis: quòd ranæ Seriphiæ in Scyrum perlatæ non vociferabantur.

24. Ranæ aquam vt mustelæ sebum.] De iis qui ea dant, quæ alij libenter accipiunt.

25. Ranis vinum infundis.] In eos qui illa præbent, quibus non egent ij qui accipiunt.

26. Pellis & in æstate, & in hieme bona est.] De rebus ad vsum accommodatis.

27. Nihil à trocho differre oportet.] Hoc est, agilem & versutum esse.

28. Tussis pro crepitu.] De iis qui animi dubij se aliquid agere simulant: quòd pedentes, vt lateant, tussim simulent.

29. Biantis Prienensis iudicium.]

ναῖοι ἐν τῷ Βάττῳ ἐξαίρετον ἔδοσαν τὸ σίλφιον· καὶ τοῦ νομίσματος ἐπὶ μὲν θατέρου Ἄμμωνα, ἐπὶ δὲ θατέρου σίλφιον ἐτύπωσαν· οἱ δὲ ἐπὶ Λιβύης Ἀμπελιῶται εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου. τὸ σίλφιον ἡδύοσμόν ἐστι καὶ πολύτιμον· ὁ δὲ Βάττος τὴν Κυρήνην ᾠκοδόμησεν.

23. Βάτραχος ἐκ Σερίφου.] Ἐπὶ τῶν ἀφώνων. παρόσον οἱ ἐν Σερίφῳ βάτραχοι κομισθέντες εἰς Σκῦρον οὐκ ἐφθέγγοντο.

24. Βατράχῳ ὕδωρ ὡς γαλῇ στέαρ.] Ἐπὶ τῶν ταῦτα διδόντων, οἷς χαίρουσιν οἱ λαμβάνοντες.

25. Βατράχοις οἰνοχοεῖς.] Ἐπὶ τῶν ταῦτα παρεχόντων, ὧν οὐ χρῄζουσιν οἱ λαμβάνοντες.

26. Βαίτη δὲ κἂν θέρει, καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν.] Ἐπὶ τοῦ κατὰ τὴν χρείαν περιφόρου.

27. Βέμβηκος οὐδὲν διαφέρειν δεῖ.] Ἀντὶ τοῦ εὐκίνητον καὶ εὔστροφον εἶναι δεῖ.

28. Βὴξ ἀντὶ πορδῆς.] Ἐπὶ τῶν ἐν ἀπορίᾳ προσποιουμένων τι πράττειν· παρόσον οἱ πέρδοντες λανθάνειν πειρώμενοι, προσποιοῦνται βήττειν.

29. Βίαντος Πριηνέως δίκη.]

Οὗτος

ἐξαίρετον τὸ σίλφιον, ὃ ἐκτέτμηται παρ' αὐτοῖς. ὥστε καὶ ἐν τῷ νομίσματι ὅπου μὲν Ἄμμωνα, ὅπου δὲ σίλφιον ἐγχαράχθαι. Vide Herodotũ in Melpomene, & Ant. Augustinum V.Cl. De veterum Numismatum antiquitate Dialog. 1.

23. Ἐκ Σερίφου.] Causam cur mutæ illic ranæ, hanc dat Ioan. Tzetzes Chil. VIII. Hist. 167.

Ὅτι, τὸ ὕδωρ τὸ ἐκεῖ τελεῖ τῶν ὑπερψύχρων.

27. Βέμβηκος.] Ex Aristoph. ἐν Ὄρνισι, eiusq; interprete. Hesychius aliter Adagium effert, Βέμβηκος δίκην. & exponit de eo, qui in fuga rectam non tenet viam: Ἐπὶ τοῦ τὸν φεύγοντα μὴ ἐπ' εὐθείας τὴν φυγὴν ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἑλίσσεσθαι.

29. Βίαντος Πριηνέως δίκη.] Strabo lib. XIV. Geogr. Ἐκ Πριήνης δ' ἦν Βίας, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, περὶ οὗ φησιν οὕτως Ἱππῶναξ, Καὶ δικάσασθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρείσσων. Sic δικάζειν τὴν Πριηνέων δίκην, apud Diogenem Laërtium, qui & Hipponactis ibidem meminit.

30. Βίβλινος

Οὗτος ἦν εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν· λέγεταί τε εἰς τὰς δίκας δεινότατος γεγονέναι εἰπεῖν. ἐπ' ἀγαθῷ μέν τοι τῇ τῶν λόγων ἰσχύι ἐχρῆτο. Ἱππώναξ· Δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρείσσων.

Hic sapiens vnus de septem in causis agendis fertur excelluisse. sed dicendi facultate rectè atque vtiliter vtebatur. Hipponax: *Causæ dicundæ Biante Prienensi præstantior.*

30. Βίβλινος οἶνος.] Αὐστηρός· ἀπὸ Βιβλίνης ἄμπελου καλουμένης Θρᾳκίας ἀμπέλου· οἷον, Ὕδωρ δὲ πίνει, τὸν δὲ Βίβλινον συγεῖ.

30. Biblinum vinum.] Austerum : à vite Thracensi Biblina. Vnde, *Aquam bibens, vinum auersatur Biblinum.*

31. Βίος μεμαγμένος.] Ἐπὶ τῶν εὐδαιμονιζόντων ἐπὶ πολυτελεῖ καὶ ἡδεῖ βίῳ.

31. Vita subacta.] De vita sumtuosa, delicata & copiosa.

32. Βίος ἀκανθώδης.] Ὁ τραχὺς καὶ σκληρὸς καὶ παλαιὸς βίος.

32. Vita spinosa:] Id est, dura atque aspera & antiquaria.

33. Βίος ἐξηυλημένος.] Ἐπὶ τῶν ἀχρήστων, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀχρείων αὐλῶν.

33. Vita extibiata.] De vita inutili. Tralatione à tibiis detritis sumta.

34. Βίος ἀληλεσμένος.] Ὁ εὐχερὴς καὶ ἡδύς. ἐπὶ τῶν ἐν ἀφθονίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ὑπαρχόντων.

34. Vita molita.] Est vita facilis & iucunda: diciturque de iis qui rebus suis sine odio inuidiaq; aliorũ perfruuntur.

35. Βλέπειν ἄντικρυς δόξεις μ' Ἄρη.] Ἐπὶ τῶν ὑπισχνουμένων παντὶ σθένει πράττειν καὶ συναίρεσθαι πρὸς βοήθειαν.

35. Planè me intuens, Martem videre te putabis.] De iis qui se omnibus viribus opem laturos & defensuros pollicentur.

36. Βλέπος Ἀττικόν.] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἔστιν Ἀττικὸν βλέπος· ἀντὶ τοῦ κακοῦργον βλέμμα καὶ δραστικόν. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἐπὶ ἀναιδείᾳ διεβάλλοντο.

36. Aspectus Atticus.] Aristophanes in Nubibus: Eius faciei Atticus inest aspectus, id est, vultu est insidioso & confidenti. Nam Attici ob impudentiam malè audiebant.

37. Olla

---

30. Βίβλινος οἶνος.] Etymologista: Βίβλινος οἶνος· οἷον, Ὕδωρ δὲ πίνει, τὸν δὲ Βίβλινον συγεῖ. ἀπὸ Βυβλίνης ὄντως καλουμένης Θρᾳκίας ἀμπέλου. Epicharmus à Biblinis montibus Thraciæ Biblinum vinum dictum ait. Simus verò in Naxo fluuium Βιβλίνην constituit, ἀφ' οὗ, inquit, καλοῦσι τὸν οἶνον Βίβλινον, διὰ τὰς πεφυκυίας ἀμπέλους. Vide Hesychium dict. Βίμβλινος. nam ita etiam scribi monet ibidem Etymologici auctor.

31. Βίος μεμαγμένος.] Sic Diogenianus & Apostolius. Hesychius: μεμαγμένα, ἢ μεμαλυσμένα, ἀληλεσμένα. Sic enim locum illum rescribendum existimo.

35. Βλέπειν ἄντικρυς.] Eadem Apostolius ex Aristophanis Pluto. Timocles apud eumdem:

Μισῶν λόγους ἄνθρωπος, οὐδὲν ὤποτε
Ἀντίθετον εἰπὼν οὐδέν, ἀλλ' Ἄρη βλέπων.
Sermonis osor homo, nihil contrà loquens
Vmquam, sed ore præferens Martem truci.

36. Βλέπος Ἀττικόν.] Ex Aristoph. ἐν Νεφέλαις.

37. Olla bulborum.] Aristophanes: *Olla bulborum deuorata.* De hominibus libidinosissimis. Libidinem enim augent bulbi.

38. Bubula verba.] Aristophanes in Ranis: *Verba duodecim fermè dixit bubula*, pro magna.

39. Actio de fimo.] De iis qui ob res exiguas rei fiunt. Solonis enim lex etiam fimi surreptores punit.

40. Bombylius homo.] De homine inutili. Nam bombylij sunt quidem ex apum genere, sed fauos è luto conficiunt.

41. Cœno limpidam aquam inquinans, numquam inuenies potum.] De iis qui rebus pulcherrimis fœdissimas admiscent.

37. Βολβῶν χύτρα.] Ἀριστοφάνης· Καταφαγὼν βολβῶν χύτραν. ἐπὶ τῶν λαγνιστάτων. ἐπιτήδειοι γὰρ εἰς συνουσίαν οἱ βολβοί.

38. Βόεια ῥήματα.] Ἀριστοφάνης βατράχοις· Ῥήματ' ἂν βόεια δώδεκ' εἶπεν, ἀντὶ, μεγάλα.

39. Βολίτου δίκην.] Πρὸς τοὺς ἐπὶ μικροῖς δίκας ὑπέχοντας. ὁ γὰρ Σόλωνος νόμος καὶ τοὺς βόλιτον ὑφελομένους κολάζει.

40. Βομβύλιος ἄνθρωπος.] Ἐπὶ τοῦ ἀκάρπου· παρόσον βομβύλιός, ἐστι μελίσσης εἶδος, ἐκ πηλοῦ πλαττούσης τὰ κηρία.

41. Βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων οὔποτ' εὑρήσεις ποτόν.] Ἐπὶ τῶν τὰ κάλλιστα μιγνύντων αἰσχίστοις.

42. Βότρυς

φελαις. Interpres: Ἀττικὸν βλέπος. ἀντὶ τοῦ πανοῦργον τὸ βλέμμα. τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἐπὶ ἀναιδείᾳ καὶ τῷ, ἱκανοὺς εἶναι λέγειν.

37. Βολβῶν χύτρα.] Eustathius in Odyss. Ὁ βόλβος κατὰ γῆς κρομμυώδες, ὁ βίᾳ γῆθεν ἀναβαλλόμενος. Eadem tradit Etymol. Quod verò addit Suidas, εἰς συνουσίαν incitare bulbos, confirmare videtur hoc disticho Martialis:

Cùm sit anus coniux, cùm sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis, quàm satur esse potes.

Vide Plinium lib. XIX. cap. V. Theophrast. lib. VII. cap. XIII. Hist. plant. Ouid. De remedio amoris lib. II. extr. & II. De arte.

38. Βόεια ῥήματα.] Aristoph. in Ranis:

——— ῥήματ' ἂν βόεια δώδεκ' εἶπεν.

vbi βόεια ῥήματα explicat Scholiastes μεγάλα καὶ κτύπου πλέα. Vocantur & hamaxiæa, hoc est, plaustralia; vt Flaccus in Arte dixit, *sesquipedalia verba.* &, *Proiicit ampullas.* Tale apud Plautum in Curculione portentosum trapezitæ cuiusdam nomen *Therapontigonoplatagidonus.* Qualia Ithyphallicus poëta significat ingentia vocabula:

Hermetiorum amator ille verborum.

Nā exstat in Hermetem quemdā hic iocus:

Gaudet honorificabilitudinitatibus Hermes
Consuetudinibus, sollicitudinibus.

Et Lucilius:

Transuerso ordine posuit hippocampele phantocamelos.

Et Iof. Scaliger Coniectaneis in M. Varronem, Hegesandri plures adfert versus, quos non describo, nec quæ Robortellus & Titius congerunt.

39. Βολίτου δίκην.] Eadem Aristophanis Scholiastes ἐν ἱππεῦσι ad illa:

Κἀγωγ' ὅτε δὴ γνοὺν τοῖς βολίτοις ἡττημένος.

Est autem βόλιτον seu βόλβιτον stercus bubulcum, teste Polluce & Etymologo. Hesych. βόλβιτα, ἀφόδευμα βοός. Simile est illud Valerij Martialis lib. VI. Epigr. XIX.

Iam dic Posthume de tribus capellis.

Et Flaccus:

Grammatici certant de lana sæpè caprina.

Item apud Demosth. de *Asini vmbra* fabula, quæ & Prouerbio locum dedit.

41. Sic C. Plinius, Camelum scribit aquam

42. Βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται.] Ἐπὶ τῶν ἐξισοῦσθαι φιλονεικούντων.

43. Βουδόρῳ νόμῳ.] Ἐπὶ τῶν ἀξίων οὕτω δέρεσθαι ὡς οἱ βόες.

44. Βοῦθος περιφοιτᾷ.] Ἐπὶ τῶν ἀσυνέτων καὶ παχυφρόνων εἴρηται.

45. Βούλει διαμάχεσθαι Γηρυόνι τριπίλῳ;] Τουτέστι, τρικεφάλῳ. τρεῖς γὰρ λόφους εἶχεν ἐν τῇ περικεφαλαίᾳ, καὶ πολὺν ἀγῶνα παρέσχε τῷ Ἡρακλεῖ.

46. Βουλοίσεται κἂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν μᾶλλον, ἢ κρῖναι κακῶς.] Ὡς ἐπὶ κατάρας, ἐπεὶ ὡς λῃστευομένη διεβάλλετο ἡ Αἴγυπτος· ἢ βούλεται ὅτι πορρωτάτω εἶναι, ὅπου αὐτὸν οὐδὲν βλάψει ὑετός. ἐπεὶ ἐν Αἰγύπτῳ δοκεῖ μὴ ὕειν. Ἡρόδοτος· Ὑέθησαν γὰρ τότε Θῆβαι, οὐδαμῇ πρότερον ὑσθεῖσαι.

47. Βοῦν ἐν γνάθοις φέρει.] Ἐπὶ τῶν πολυφάγων.

48. Βοῦς ἕβδομος.] Ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων. οἱ γὰρ πένητες ἔμψυχον μὴ ἔχοντες θῦσαι, ἔπλαττον ἐξ ἀλεύρου. θυομένων δὲ τῶν ἐμψύχων, προβάτου, ὑός, αἰγός, βοός, ὄρνιθος, χηνός, ἐθύετο ἕβδομος ὁ ἐξ ἀλεύρου. καὶ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἄψυχον, ἐξεδόθη εἰς παροιμίαν. Ἄλλως· Βοῦς ἕβδομος.]

42. Vua iuxta vuã marurescit.] De iis qui se aliis exæquare contendunt.

43. Taurina lege.] De iis qui boum instar excoriatione digni sunt.

44. Buthus obambulat.] De tardis & vecordibus dici consueuit.

45. Vísne decertare cum Geryone?] Hoc est, cum tricipiti. Is verò Geryon tres cristas habuit in galea, & multum negotij facessiuit Herculi.

46. In Ægypto esse mallet, quàm malè iudicare.] De re detestanda dicitur, quòd Ægyptus latrociniis infamis esset: vel, longissimè abesse mallet, vbi ab imbre non læderetur. In Ægypto enim pluere negant. Herodotus: Thebis tum pluit, quod numquam ad id tempus acciderat.

47. Bouem in maxillis fert.] De hominibus valdè voracibus.

48. Bos septimus.] De hominibus stupidis. Nã cùm pauperes animal nullum sacrificare possent, taurum è farina fingebant. Cùm autem ex animalibus immolentur ouis, porcus, capra, bos, gallina, anser, septimus immolabatur ex farina: qui quòd inanimis esset, abiit in Prouerbiũ. Aliter: Septimus bos.] Pem-

aquam non bibere, nisi vngula priùs turbatam, gibbi fortasse sui conscius, ne suam cernat deformitatem. libro VIII. Natur. Histor. cap. XVIII.

42. Sic Iuuenalis Sat. II.
Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua.

46. Κἂν ἐν Αἰγύπτῳ.] Explicat Hadrianus Iunius Centuria VII. Adag. 63. Ægyptum *terram expertem imbrium* vocat Pomp. Mela lib. I. cap. IX. Tale fertur & illud:
In lapicidinis esse malo quàm malè iudicare.
Ortum à Philoxeno Poëta, qui in latomias detrudi, quàm Dionysij Tyrãni poëmata laudare maluit, vt nos suprà retulimus, & ex Demosthene Stobæus, Plutarch. quoque de fortuna Alexandri, & Lucian.

47. Βοῦς ἐν γνάθοις.] Erasmus natum Prouerbium scribit, vel à Theagene athleta Thasio; vel à Milone Crotoniata, quorum nota voracitas.

Pemmata cornuta, ad imitationem Lunæ primùm apparentis. Bouem autem septimum appellabant, quòd is bos post sex Lunas immolaretur, vt Euthycles tradit in Atalanta. Fuerunt & Lunæ pemmata, lata, rotunda, vt est apud Euripidem in Erechtheo, & apud Achæum in Iride. Vsurpatur autẽ Prouerbiũ de valdè stupidis similiter.

49. Bos in stabulo sedes.] De hominibus ad rem nullam vtilibus.

50. Bos in lingua.] De iis qui liberè loqui non audent, siue ob robur animantis, siue quòd Atheniensium nomisma bouem haberet insculptum, quòd liberiùs locuti pendere cogebantur.

51. Bos in aceruo.] Vel de delicatè viuentibus, vel de triturantibus, qui camo impediuntur, quò minùs edant.

52. Bos in messem.] De iis qui vtiliter laborant.

53. Bos Cyprius.] De homine futili & stupido. nam boues Cyprij stercoribus vesci feruntur.

54. Bos Molossorum.] De iis qui

Πέμματα κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφανοῦς σελήνης. ἐκάλουν δὲ αὐτὸν βοῦν, προστιθέντες καὶ τὸ ἕβδομον, ὅτι ἐπὶ ἓξ τῶν σελήναις ἐπεθύετο οὗτος ἕβδομος, ὡς Εὐθυκλῆς ἐν Ἀταλάντῃ. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ σελῆναι πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ, ἃ καὶ οὕτως ἐκάλουν. ἔστι δὲ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ, καὶ παρ' Ἀχαιῷ ἐν Ἴριδι. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν λίαν ἀναισθήτων ὁμοίως.

49. Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθῃ.] Παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχρήστων.

50. Βοῦς ἐπὶ γλώττης.] Ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παρρησιάζεσθαι· ἢ διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ ζώου, ἢ διὰ τὸ τῶν Ἀθηναίων νόμισμα βοῦν ἔχειν ἐγκεχαραγμένον, ὅπερ ἐκτίνειν ἔδει τοὺς παρρησιαζομένους.

51. Βοῦς ἐπὶ σωρῷ.] Ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων, ἢ ἐπὶ τῶν ἀλοώντων, καὶ διὰ φιμοῦ ἐσθίειν κωλυομένων.

52. Βοῦς εἰς ἄμητον.] Ἐπὶ τῶν μετ' ὠφελείας καμνόντων.

53. Βοῦς Κύπριος.] Ἐπὶ τοῦ χυδαίου καὶ ἀναισθήτου. φασὶ γὰρ τοὺς Κυπρίους βόας κοπροφαγεῖν.

54. Βοῦς ὁ Μολοττῶν.] Ἐπὶ τῶν εἰς

---

49. Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθῃ.] Hesychius: Βοῦς ἐν αὐλίῳ. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχρήστων. Addit Cratinum Δηλιάσιν eo vsum. Vsurpauit & Longus ποιμενικῶν lib. IV. Ἀλλὰ μὰ τὸν Πᾶνα καὶ τὰς Νύμφας, οὐδ' εἰ μέλλω βοῦς, φασὶν, ἐν αὐλίῳ καταλείπεσθαι, &c. Vide Erasm. Adag. *Bos ad præsepe.* & ibi Animad. Henr. Stephani.

50. Βοῦς ἐπὶ γλώττης.] Hesychius totidem verbis: Eustathius in Iliad. β'. ita effert, Βοῦν ἐπὶ γλώττης φέρει. Vide eumdem in Iliad. γ'. extr. ex Pausania, & nos suprà ad Zenobiũ, quibus accedat Æschylus in Agamem.

Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, βοῦς ἐπὶ γλώττης μέγας
Βέβηκεν. ———

Et Stratis apud Hesychiũ: Βοῦς ἐμβαίνη μέγας. Στράττις εἶπε διὰ τῆς παροιμίας τῆς, βοῦς ἐπὶ γλώττῃ.

53. Βοῦς Κύπριος.] Hesychius: Βοῦς Κύπριος. κοπροφάγος, εἰκαῖος, ἀκάθαρτος. σημαίνει δὲ ἀτοπίαν τῶν Κυπρίων. καὶ Εὔδοξος ἀφηγεῖται ὅτι κοπροφαγοῦσιν. Idem etiam testatur Plinius libro XXVIII. cap. XX. Simile Ennianum apud Festum Pompeium: *Cyprio boui merendam.* Meminitque Zenob. Vatic.

54. Βοῦς ὁ Μολοττῶν. Sic legendum monuit Henr. Stephanus, Hartungus, ac Leopardus. Erasmus *Homolottos* populos finxit, deceptus

εἰς πολλὰ διῃρημένων καὶ κατακοπτομένων πράγματα. οἱ γὰρ Μολοττοὶ ἐν τοῖς ὁρκωμοσίοις κατακόπτοντες εἰς μικρὰ τοὺς βοῦς, τὰς συνθήκας ἐποιοῦντο.

55. Βοῦς ἐπὶ ζυγόν.] Ἐπὶ τῶν ἀεὶ μοχθούντων.

56. Βῶλος ἀρούρᾳ.] Ἐπὶ τῶν τοῖς μεγάλοις τὰ μικρὰ προσφιλοτιμουμένων. ὁμοία τῇ, Θαλάττῃ ἐκ χαράδρας ὕδωρ.

57. Βοιωτία, καὶ Βοιώτιος νόμος.] Ἐπὶ τῶν τὰς ἀρχὰς μὲν ἐρημαίως ἐχόντων, αὖθις δὲ σφοδρῶς ἐπιγινομένων.

58. Βοιωτία ὗς.] Ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων καὶ ἀπαιδεύτων.

59. Βύας ὤφθη.] Δίων ἐν Ῥωμαϊκοῖς ἐν τέταρτος λόγῳ τοῖς Ῥωμαίοις ταῦτα ἐπιφαίνεσθαι πολλάκις λέγει· σημαίνει δὲ συμφοράς.

60. Βύβλου δὲ καρπὸς οὐκ αἰτεῖ στάχυν μέγαν.] Ἐπὶ τῶν οὐ δυναμένων τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι καλοῖς, παρόσον ἀσθενὴς οὖσα ἡ βύβλος οὐ δύναται μέγαν φέρειν καρπόν.

Γ.

61. ΓΑΛΑ ὀρνίθων.] Ἐπὶ τῶν λίαν εὐδαιμονούντων, καὶ πάντα κεκτημένων· ἢ ἐπὶ τῶν σπανίων. Ἀριστο-

multis negotiis implicantur & distrahuntur. Nam Molossi fœdera inituri, bouem in minuta frusta dissecabant.

55. Bos ad iugum.] De iis qui semper laborant.

56. Gleba est aruum.] De iis qui per ambitionem parua magnis comparant. Simile est illi: *Aqua mari è cauerna suppetit.*

57. Bœotia, & Bœotius mos.] De iis qui initiò quieti, pòst cum impetu irruunt.

58. Bœotius porcus.] De stupidis & indoctis.

59. Bubo conspectus est.] Dion in Romanorum historiis ait, eam auem conspectam portendere calamitates.

60. Bybli seu papyri fructus non postulat spicam magnam.] De iis qui suis bonis vti nesciunt: quòd byblus infirma est, nec fructum magnum ferre potest.

Γ.

61. LACTIS gallinacei haustus.] De valdè fortunatis, & omnia possidentibus, aut raris de rebus. Aristophanes

---

deceptus à librariis qui sæpè nomina plura, quasi vnum esset, ineptè connectunt.

56. Βῶλος ἀρούρᾳ.] Erasmus leg. censet ἀρούρᾳ, dandi casu, subaudiendumq; προστίθεται. aut ἄρουραν, vt αὐξάνει exaudias. Repetit inf. Suidas Adag. Θαλάττῃ ἐκ χαράδρας ὕδωρ.

58. Βοιωτία ὗς.] Originem narrat copiosè Pindari interpres, in Olymp. & ex eo Erasmus Chil. I. Cent. X.

59. Maro IV. Æn. ver. 462.

Solaq; culminibus ferali carmine bubo, &c.

Dionis autem locus in editis quidem libris non cōparet, nisi lib. LXXVIII. Hist. Rom. sed *graculus* est, nō *bubo*, dirū mortalibus omen.

61. ΓΑΛΑ ὀρνίθων.] Mutilauit Aristophanis locum Suidas. Sic enim ille:

Ἀλλὰ παρόντες δώσομεν ὑμῖν
Αὐτοῖς παισί, παίδων παισίν
Πλουθυγίειαν, εὐδαιμονίαν,
Βίον εἰρήνην. ———

Ad quem locum eadem omnino Interpres. Idem Comicus ἐν σφηξί

——— ἐγὼ γὰρ οὐδ᾽ ἂν ὀρνίθων γάλα
Ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ᾽ ἄν.

phanes in Auibus: Dabimus vobis vberem sanitatem, felicitatẽ, pacem, adolescentiam, risum, choros, conuiuia & lac gallinarum, vsque adeò, vt defatigemini præ copia bonorum.

62. Feles Tartesia.] Tartesus vrbs est extra columnas Herculis, ad Oceanum, vbi maximæ nascuntur siue feles siue mustelæ. Dicitur itaque de maximis siue felibus siue mustelis.

63. Mustelæ tunica.] Prouerbium hoc dicitur de iniustis hominibus, & nihil proficientibus. Simile est illi: *Non decet mustelam crocotus.*

64. Galli quidem ex viris fiunt, sed non item è Gallis viri.] De impossibilibus.

65. Castratos castrare.] De rebus superuacuis, & ad nihil vtilibus. Galli enim sunt castrati, vt eos castrare labor sit frustraneus.

66. Ventrem mi obiectas, quo probrũ haud pulcrius vllũ: Plenus is est leuior, grauis idem vbi pendet inanis.] De ventri deditis iactatum.

67. Puerorum amantior quàm Gello.] Quæ cùm immatura ætate obiisset, putabatur inuadere pueros, & immaturas eorum mortes procurare.

φάνης ὄρνισι· Δώσομεν ὑμῖν πλουθυγίειαν, εὐδαιμονίαν, εἰρήνην, νεότητα, γέλωτα, χορούς, θαλίας, γάλα τ' ὀρνίθων, ὥστε παρέσται ὑμῖν κοπιᾶν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν.

62. Γαλῆ Ταρτησία.] Ἡ Ταρτησσὸς πόλις ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν πρὸς τῷ Ὠκεανῷ· ἔνθα μέγισται γίνονται γαλαῖ. λέγεται οὖν ἐπὶ τῶν μεγίστων γαλῶν.

63. Γαλῆ χιτών.] Αὕτη ἐπὶ τῶν ἀδίκων τάσσεται, καὶ μηδὲν ἀνυόντων. ὁμοία ἐστὶ τῇ· Οὐ πρέπει γαλῇ κροκωτός.

64. Γάλλοι μὲν γίνονται ἐξ ἀνδρῶν, ἐκ δὲ γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

65. Γάλλους τεμεῖν.] Ἐπὶ τῶν πλεοναζόντων, καὶ οὐδὲν χρησιμευόντων. γάλλοι γὰρ οἱ ἀπόκοποι.

66. Γαστέρα μοι προφέρεις κάλλιστον ὄνειδος ἁπάντων, Ἡ πλήρης μὲν ἐλαφροτέρη, κενεὰ δὲ βαρεῖα.] Ἐπὶ τῶν γαστριμαργούντων.

67. Γελλοῦς παιδοφιλωτέρα.] Αὕτη ἄωρος ἐτελεύτησε, καὶ τὸ φάντασμα αὐτῆς ἐδόκουν ἐπὶ τὰ παιδία καὶ τοὺς ἀώρους θανάτους ἰέναι.

68. Γέλως

Lucianus De mercede seruientibus: Καὶ ἀμέλξεις τὸ ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. Plura Eustathius in Odyss. δ'. ex Anaxagora, Strabo lib. XIV. ex Menandro, de Samiorum agris eorumque feracitate iactari Prouerbium memorans. Videndus & Athenæus libro IX. Δειπνοσ. ex Mnesimacho, ac Numenio, locis ab Erasmo citatis.

66. Γαστέρα.] Paradoxon id videatur, saturos quàm ieiunis esse leuiores: probant tamen Physici, in his Petrus Messias Hispalensis lib. I. Variarum lectionum. Versum hîc duplicem nescio è quo poëta, & quidem epicum agnosco.

67. Γελλοῦς παιδοφιλωτέρα.] Hesychius: Γελλώ· δαίμων, ἣν γυναῖκες τὰ νεογνὰ παιδία φασὶν ἁρπάζειν. Vide Zenobium.

70. Γελωό-

68. Γέλως Μεγαρικός.] Ἤκμαστεν
ἡ Μεγαρικὴ κωμῳδία ἄωρος, ἣν Ἀθη-
ναῖοι καταμωκώμενοι ἐγέλων.

69. Γελοιότερον ἀπεργάζῃ τῶν τὰς κέγχρους ἀποτορνεύειν ἐπιχειρούντων· ἢ καθάπερ τοῦ Μυρμηκύδου ἀντιπαραττομένου τῇ Φειδίου τέχνῃ.] Ἐπὶ τῶν μωρά τινα ποιεῖν ἐπιχειρούντων.

70. Γελοιότερον Μελιτίδου.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ μωρίᾳ διαβεβλημένων. Μελιτίδης γὰρ ἀνὴρ κωμῳδούμενος ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἐπὶ μωρίᾳ, καὶ ταῦτα τῶν Ἀμφιστείδῃ. τοῦτον δέ φασιν ἀριθμῆσαι μὲν πολλὰ παθόντα μέχρι τῶν πέντε, καὶ πέρα μηκέτι δύνασθαι· γήμαντα δὲ τῆς νύμφης μὴ ἅψασθαι, φοβεῖσθαι γὰρ μὴ αὐτὸν ἡ παῖς τῇ μητρὶ διαβάλλῃ. ὁ δὲ Ἀφιστείδης ἠγνόει ἐξ ὁποτέρου γονέων ἐτέχθη.

71. Γέλως συγκρούσιος.] Ὁ ἄτακτος, καὶ ἄσεμνος. ἐκ μεταφορᾶς τοῦ μετὰ κρότου χειρῶν καὶ ποδῶν γινομένου γέλωτος.

72. Γενναῖος εἶ ἐκ βαλαντίου.] Ἐπὶ τῶν διὰ πλοῦτον εὐγενῶν εἶναι δοκούντων.

68. Risus Megaricus.] Athenienses Megarensium comœdias intempestiuas deridebant.

69. Magis ridiculè facis, quàm qui grana tornare instituũt: aut perinde facis, ac si Myrmecides Phidianæ artis æmulum se præbeat.] De iis qui stulta quædam agere aggrediuntur.

70. Magis ridiculè quàm Melitides.] De iis qui ob stultitiam malè audiunt. Melitides enim quidam fuit, quem pro fatuo exagitant Comici, sicut & Amphistides. Illum tradunt magno labore vsque ad quinque numerare didicisse, vltrà verò progredi non potuisse. Eumdemq; cõtracto coniugio sponsam suam attingere ausum non fuisse, veritum scilicet, ne à puella apud matrem accusaretur. Amphistides autem ignorabat, ex vtro parente natus esset.

71. Risus syncrusius.] Hoc est, inordinatus & inhonestus. Sumta metaphora à risu manuum ac pedum complosione excitato.

72. Nobilis es è crumena.] De iis qui diuitiarum causa nobiles haberi volunt.

73. Arbor

70. Γελοιότερον Μελιτίδου.] Ælianus libro XIII. Variar. histor. cap. XV. Μελιτιάδην vocat, malè opinor. Lucianus ἐν ἔρωσι, quem etiam laudat Aristophanis Scholiastes ἐν βατράχοις *Melitidem* & *Corœbum*, vt stultos, coniungit. Ioannes quoque Tzetzes Chil. IV. Hist. 4. *Margitæ* tribuit, quod hîc Amphistidæ Suidas. De *Melitide* sic idem Tzetzes:

Ὁ Μελιτίδης μετὰ γάμοις ζυγεὶς νομίμοις,
Ὡς οὐ συνεκοιτάζετο τῇ ἑαυτοῦ συζύγῳ,
Ἀνερωτώμενος παρὰ πῶς οὐχ ἕνωται ταύτῃ;
Μωρόν, ἔφη, με οἴεσθαι ποιῆσαι τοῦτο,
Καὶ παρὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς εἰς δίκην με συρῆναι;

Erasmus affinia è Zenobio refert, quæ Suidæ potiùs sunt.

72. Talia illa Flacci libro I. Epist. 6. ad Numidicum:

Et genus & formam regina pecunia donat,
Ac benè nummatum decorat Suadela Venusq;.

Et Sat. III. lib. II. ad Damasippum:

Virtus, fama, decus, diuina humanaq; pulcris
Diuitiis parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiensq; etiã & Rex.

73. Arbor annosa transplantata.] De re impossibili: monens, senibus opera iuuenum mandanda non esse.

74. Grues quæ lapillos deuorarunt.] De iis qui prudenter aliquid agunt. Grues enim qui in sublimi volant, & ob directum impetum aspectus deorsum impeditur, lapillos gestant, quos volatu lassatę deiiciunt, vt sentiant terráne an mari ferantur. Quòd si in mare deciderit lapis, pergunt viā suam absoluere: si verò in terram, requiescunt. Hoc ait Aristophanes [*in Auibus.*]

75. Ne quid vnquam in senem beneficij contuleris.] Monet non sine iudicio benefaciendum esse.

76. Vetula vulpes laqueo non capitur.] De iis qui ob senectutem rerum periti sunt, nec insidiis oportuni.

77. Vetulus bos lugetur à nemine.] De iis qui purè mortui sunt.

78. Vetulus simius capitur ille quidem, sed tardè capitur.] De iis qui semel cladem acceperunt.

79. Terræ mare miscet.] Prouerbium de valdè iratis.

80. Semper discendo plurima fio

73. Γεράνδρυον μεταφυτευόμενον.] Ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου. παρεγγυᾷ, ὅτι μὴ δεῖ τοὺς παρηβηκότας προσάγειν εἰς τὰ τῶν ἀκμαζόντων ἔργα.

74. Γέρανοι λίθους καταπεπωκυῖαι.] Ἐπὶ τῶν φρονιμικῶς τι ποιούντων. αἱ γὰρ γέρανοι διὰ τὸ ἐν ὕψει πέτεσθαι, καὶ τῇ εἰς εὐθὺ ὁρμῇ, τὴν ἐπὶ τὰ κάτω θέαν ἐμποδίζεσθαι, λίθους βαστάζουσιν· ὅπως κάμνουσαι τῇ πτήσει ῥίπτοιεν καὶ αἴσθοιντο, πότερον ἐπὶ γῆς φέρονται ἢ τῆς θαλάττης. καὶ εἰ μὲν ἐπὶ θαλάττης ἥκοι ὁ λίθος, ἀνύουσι τὴν ὁδόν· εἰ δὲ ἐπὶ γῆς, ἀναπαύονται. τοῦτό φησιν Ἀριστοφάνης.

75. Γέροντι μηδὲν μή ποτε χρηστὸν ποίει.] Παρεγγυᾷ, μὴ ἀκρίτως εὐεργετεῖν.

76. Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ.] Ἐπὶ τῶν διὰ τοῦ χρόνου πλῆθος ἐμπείρων, καὶ δυσαλώτων.

77. Γέρων βοῦς ἀπένθητος δόμοισιν.] Ἐπὶ τῶν καθαρῶς τελευτησάντων.

78. Γέρων πίθηκος ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δὲ ἁλίσκεται.] Ἐπὶ τῶν ἅπαξ δυστυχησάντων.

79. Γῆ θάλατταν συναμίγνυσιν.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα ὀργιζομένων ἡ παροιμία.

80. Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.]

74. Γέρανοι λίθους.] Aristophanis verba ἐν ὄρνισι·

Ἐκ μέν γε Λιβύης ἧκον ὡς τρισμύριαι
Γέρανοι, θεμελίους καταπεπωκυῖαι λίθους.

vbi videndus Scholiastes. Item Plinius libro x. cap. xxiii. Ælianus lib. iii. c. xiii. Hist. anim. Io. Tzetzes Chil. iv. Hist. 120.

75. Suprà Adag. 5. Centur. huius plura legas. Εἰς ἄχρηστα μὴ ἀναλίσκειν. Sic Catullus Epigr. lxxiv. in ingratum:

Desine de quoquam quisquā benè velle mereri,
Aut aliquem fieri posse putare tuum.
Omnia sunt ingrata, &c.

77. Γέρων βοῦς.] Habet Diogenianus ac Zenobius; in quibus rectiùs legitur, καθ' ὥραν, pro καθαρῶς.

79. Ita Iuuenalis Sat. ii. ver. 25.

Quis cælum terræ non misceat, & mare cælo,
Si fur displiceat Verri, homicida Miloni?
Clodius accuset mœchos, Catilina Cethegum?
In tabulam Sullæ si dicant discipuli tres?

80. Γηράσκω.] E Solonis Elegiis ductum innuit & Zenobius, meminitque Cicero in Catone Maiore.

81. Γῆς

σπόμϑμ@.] Ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας ἐμπειροτέρων ἡ παροιμία.

81. Γῆς βάρος.] Ἐπὶ τῶν ἐς μηδὲν συντελούντων.

82. Γῆς ἔντερα.] Ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων.

83. Γῆς ὀμφαλός.] Ὁ νεὼς τοῦ Ἀπόλλων@.

84. Τί δ' ἢν Νεοκλείδης ὁ γλάμων σε λοιδορεῖ;] Οὗτος ἐκωμῳδεῖτο ὡς συκοφάντης, καὶ ξένος, καὶ κλέπτης.

85. Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας.] Ἐπὶ τῶν ἀχρήστους ἐμπορίας ἀγόντων. ἐπειδὴ τὸ ζῶον τοῦτο σφόδρα ἐπιχωριάζει ταῖς Ἀθήναις. καὶ, Γλαύκειον ᾠόν.

86. Γλαῦξ ἵπταται.] Ἡ πτῆσις τῆς γλαυκὸς εἰς νίκης σύμβολον ἐλογίζετο.

fio senex.] De iis qui ætate fiunt prudentiores.

81. Telluris onus.] De hominibus ad rem nullam vtilibus.

82. Telluris intestina.] De rebus nihili.

83. Terræ vmbilicus.] Templum Apollinis.

84. Quid tum, si Neoclides lippus tibi maledixerit?] Is malè audiebat, vt sycophanta, & peregrinus, & fur.

85. Noctuam Athenas.] De iis qui merces inutiles apportant. Nam ea quidem auis frequens est Athenis. Et: *Noctuinum ouum.*

86. Noctua volat.] Noctuæ volatus victoriæ signum habebatur.

87. No-

81. Γῆς βάρ@.] Homerus Iliad. σ'.
——— Ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης.
& Odyss. ύ.
——— ἀλλ' αὔτως ἄχθος ἀρούρης.
Heliodorus quoque lib. v. Æthiopic. *senem* ἄχθος vocat, ὁ δὲ πρεσβύτης, inquit, ἄχθ@ μὲ ἄλλως, &c.

83. Γῆς ὀμφαλός.] *Delphos orbis vmbilicum*, ait Ithyphallicus poëta: & Plutarchus De defectu oraculi, vbi initio annotat doctissimus Turnebus, & in suis Ant. Codrus, De hominis vmbilico, an medium obtineat.

84. Ὁ γλάμων σε λοιδορεῖ.] Sumtum ex Aristophane ἐν Ἐκκλησιαζούσαις, vbi λοιδορῇ legitur. Iunius Cent. v. geminum huic format Adagium, Νεοκλείδου κλεπτίστερ@, de quo inf. Suidas. Simile autem Socratis philosophi, in Laërtio, cùm cæsus esset, responsum: *Quid si asinus me cæderet, num in ius vocarem?* Et Lucilius poëta; totidemque verbis Iuuenal. Sat. I. ver. 153.
——— *cuius non audeo dicere nomen:*
Quid refert dictis ignoscat Mucius, an non?
Persius quoque Sat. I. v. 3.
——— *turpe & miserabile. Quare?*
Ne mihi Polydamas & Troiades Labeonem
Prætulerint? nugæ. ———

85. Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας.] Hesychius: Γλαῦκ' Ἀθήναζε. Παροιμία ἐπὶ τῶν μάτην τι πραττόντων. ὥσπερ εἰ γλαῦκας Ἀθήναζε ἄγοι πληθυούσας γὰρ ἐνταῦθα γλαῦκες. Addit Aristophanis enarrator ἐν ὄρνισι ad illa:
——— τί φής; τίς γλαῦκ' Ἀθήναζ' ἤγαγε;
ὅτι οὐ τοῦ ζώου μόνον πληθυόντος ἐν τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ ὅτι τοῦ νομίσματ@. καὶ ὅτι οὐκ ἐν ἀργύρῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν χαλκῷ χαράττουσι τὴν γλαῦκα. Vtitur Adagio M. Cicero lib. VII. Epistola III. ad Torquatum. item libro IX. Epist. III. ad Varronem, & epist. ad Q. Fratrem. Similia adfert & Eustath. in Iliad. α'. Πύξον εἰς Κύτωρον ἤγαγες. Et, Ἰχθὺν εἰς Ἑλλήσποντον. eum vide.

86. Γλαῦξ ἵπταται.] Originem prodit Hesychius: Γλαῦξ ἔπτατο. πρὸ τῆς μάχης ἐν Σαλαμῖνι γλαῦκά φασι διαπτῆναι τὴν νίκην προσημαίνουσαν. Huc pertinet illud, *Bonis auibus proficisci.* Horat. lib. I. Od. XV.
——— *Mala ducis aui domum,*
Quam multo repetet Græcia milite.

& lib.

87. Noctuæ Lauriotica.] De pecuniosis. Nam in Laurio Atticæ sunt auri metalla. Nummis autem aureis noctuas insculpebant.

88. Glauci ars.] De iis qui aliquid facilè conficiunt: à Glauco quodam Samio conflationis ferri inuentore.

89. Lingua, quò vadis? Vrbem euersura, aut etiam instauratura.] Prouerbium de iis, qui oratione sua vel prosunt vel nocent.

90. Lingua bellum gerere.] Non est ipsa lingua reuerà belligerari, sed ea vti pro gladio.

91. Γλοιός.] Idem quod lubricus, ardelio. Dicitur hoc translatè à densato balneorum oleo, cui quicumque insistit, labascit.

92. Dulcia poma sunt absente custode.] De iis qui sine labore fruuntur alienis.

87. Γλαῦκες Λαυριωτικαί.] Ἐπὶ τῶν πολλὰ χρήματα ἐχόντων. παρόσον ἐν Λαυρίῳ τῆς Ἀττικῆς γίνονται χρύσεια μέταλλα. ἐνεχάραττον δὲ γλαῦκας ἐν τοῖς χρυσοῖς νομίσμασι.

88. Γλαύκου τέχνη.] Ἐπὶ τῶν ῥαδίως κατεργαζομένων· ἀπὸ Γλαύκου τινὸς Σαμίου, ὃς πρῶτος σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρεν.

89. Γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλιν καταστρέψουσα, ἠδὲ καὶ ἀνορθώσουσα.] Ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν διὰ λόγων ἢ ὠφελούντων ἢ βλαπτόντων ἐλέχθη.

90. Γλώττῃ πολεμίζειν.] Οὐκ αὐτῇ τῇ γλώττῃ πολεμεῖν, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ καθάπερ ὅπλῳ χρῆσθαι.

91. Γλοιός.] Τὸ αὐτὸ δηλοῖ τῷ μάσθλης. εἴρηται δὲ ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς βαλανείοις ἐλαίου πεπηγότος, ὅπερ τοὺς ἐπιλαμβανομένους διολισθαίνειν πέφυκε.

92. Γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος.] Ἐπὶ τῶν ἄνευ μόχθου τὰ ἀλλότρια καρπουμένων.

93. Γλυ-

& lib. III. Od. III.

Troiæ renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur.

Rursum Epod. x.

Mala soluta nauis exit alite
Ferens olentem Mæuium.

87. Hesychius: Γλαῦκες Λαυρειωτικαί. Ἀριστοφάνης ὄρνισιν· Οἱ ἀργυροστατῆρες. ἐν Λαυρίῳ γὰρ μέταλλα τὰ ἀργυρεῖα. γλαὺξ δὲ τὸ ἐπὶ χάραγμα τοῦ στατῆρος. Aristophanis verba sunt:

Γλαῦκες ὑμᾶς οὔποτ' ἐπιλείψουσι Λαυρειωτικαί,
Ἀλλ' ἐνοικήσουσιν ἔνδον, ἔν τε τοῖς βαλαντίοις
Ἐννεοττεύσουσι. ———

Dictum itaque Prouerbium de pecuniarum vi & copia.

88. Γλαύκου τέχνη.] Et hoc in Hesychio; qui Chio (vt & in Clio Herodotus, atque in Chronicis Eusebius) non Samio, neque Lemnio *Glauco*, vt in dict. Αἰθάλη. Steph. de vrbibus, ferri conflationem adscribit his verbis: Γλαύκου τέχνη. παροιμία ἐπὶ τῶν ῥαδίως κατεργαζομένων. Διονυσόδωρος δὲ τὴν περὶ τὸ σίδηρον κόλλησιν. Γλαῦκος γὰρ Χῖος σιδήρου κόλλησιν εὗρεν. Vide inf. Τέχνη Γλαύκου.

90. Γλώττῃ πολεμίζειν.] Zenob. Vatican. Οὐκ ἐπιγλωττήσομαι· οὐ βλασφημήσω. Γλωσσάσπιδας vocat Hesychius, Τοὺς τῇ γλώσσῃ ὅπλῳ χρωμένους ὥσπερ ἀσπίδι. vt Vates Regius Psal. XIII. ver. 5. *Venenum aspidum sub labiis eorum*: Ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. non in LXX. Interpret. sed apud Paulum Rom. 3. cap. ver. 13. Heraclitus quoque epist. ad Hermodorū, Ephesios τὰ ὅπλα ἐν ταῖς γλώτταις ἔχειν scribit, vt in Prouerbiorum Συμμίκτοις notatum à Io. Alexandro Brassicano.

92. Γλυκεῖ' ὀπώρα.] Totidem verbis Diogenia-

93. Γλυκὺ μέλι καὶ πνιξάτω.] Τερπάνδρου ᾄδοντος καὶ κεχηνότος πρὸς τὴν ᾠδὴν, ἐμβαλών τις εἰς τὸν φάρυγγα σῦκον ἀπέπνιξε.

93. Dulce mel vel ſuffocet.] Terpandro canente, & ad cantum hiante, quidam ficu in fauces eius iniecta hominem ſuffocauit.

94. Γλυκὺς ἀγκών.] Οὐ κατ' ἐναντίωσιν ἡ παροιμία, ἀλλὰ βουλόμενος εἰπεῖν, Ὦ γλυκέα ἤθη. ἔστι δὲ παροιμία, ὡς ἐπιφωνούμενον. οὕτως ἐχρήσατο Πλάτων ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ Φάωνι. γέρων δ' αὐτῷ ὑπόκειται ἐρῶν αὐλητρίδος· Ὦ χρυσοῦν ἀνάδημα. ὦ τοῖσιν ἐμοῖς ξυμφεροῖσι τρόποις. ὦ γλυκὺς ἀγκών. ὡς εἴ τις λέγοι, ὦ γλυκὺς πῆχυς.

94. Dulcis cubitus.] Non per repugnantiam effertur Prouerbium, ſed quaſi dicas, *O ſuaues mores.* vſurpaturque per exclamationem. Sic vſus Plato Comicus in Phaone. Inducitur enim ſenex tibicinæ amore captus: *O aureum amiculum, ô mollibus mecum moribus, ô dulcis Ancon.* quaſi dicat, ô dulcis cubitus ſiue vlna.

95. Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος.] Ἐπὶ τῶν ὑπὸ ἀπειρίας πρὸς τὰ ἐπικίνδυνα προθυμουμένων.

95. Dulce bellum inexperto.] De iis qui ex imperitia res periculoſas ſuſcipiunt.

96. Γνῶθι σαυτόν.] Ἀπόφθεγμα Χίλωνος. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ὑπὲρ ὅ εἰσι κομπαζόντων.

96. Noſce te ipſum.] Chilonis ſcitè dictũ. Pertinet Prouerbiũ ad eos, qui de ſe plus profitentur, quàm præſtare poſſunt.

97. Cog-

---

genianus & Apoſtolius. Vſurpauit ἐν ἐρωτικῷ Plutarchus, in Philoſophos, qui ſub prętextu philoſophiæ libidini ſuæ ſeruiunt.

94. Γλυκὺς ἀγκών.] Attuli è Suida copioſiùs. Heſychius duplicem adfert explanationem, vnam de Nili cubito, alteram ex Clearcho de Ægyptiorũ in tenuiorũ vxores virgineſque iniuriis, locoque inde dicto Ancone. eius verba, quia Eraſmus non attigit, integrè adſcribam: Γλυκὺς ἀγκών. Παροιμία, ἥν φησιν εἰρῆσθαι ἀπὸ τοῦ λεγομένου μακροῦ ἀγκῶνος ἐν τῷ Νείλῳ κατ' ἀντίφρασιν. εἶναι γὰρ δυσκόμιστον διὰ τὸ ῥεῦμα καὶ ἀηδῆ. ὅθεν λέγεσθαι τὴν παροιμίαν ἐπὶ τῶν αἰσχρόν τι δοκιμαζόντων, ἐπαινούντων δὲ ὡς καλόν. ἢ τοῦ ἐναντίου σπουδαῖον μὴ ἡγουμένων, χλευαζόντων δὲ ὡς φαῦλον. Κλέαρχος δέ φησι τοὺς Αἰγυπτίους, ἐξυβρίζειν εἰς τὰς τῶν καταδεεστέρων γυναῖκας καὶ παρθένους, καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ ταῦτα ἔδρων ὀνομάσαι γλυκὺν ἀγκῶνα.

96. Γνῶθι σαυτόν.] E cælo deſcendiſſe Iuuenalis ait, vt Apollini nonnemo attribuit. Laërtius Thaleti, in eius vita; ſed quod Antiſthenes ἐν ταῖς διαδοχαῖς Phemonoes fuiſſe ſcripſerit, idque ſibi vſurpaſſe Chilonem, cui etiam tribuit Auſonius in ludo ſeptem Sapientum:

Delphis Solonem ſcripſe fama eſt Atticum
Γνῶθι σεαυτόν, quod Latinum eſt; Noſce te:
Multi hoc Laconis eſſe Chilonis putant.

Item in Chilone:

Commendo noſtrum Γνῶθι σεαυτόν, Noſce te;
Quod in columna iam tenetur Delphica.

Ab Apolline profectum auctor Plato in Phędro: Οὐ δύναμαί πω τὸ Δελφικὸν ἐπίγραμμα, γνῶναι ἐμαυτόν. Idemque in Charmide foribus templi Delphici appenſum fuiſſe affirmat. Quò reſpexit Gregorius Thaumaturgus Panegyrico in Origenem: Τοῦτο δὴ τὸ ἄριστον φιλοσοφίας ἔργον, ὃ δὴ καὶ δαιμόνων τῷ μαντικωτάτῳ ἀνατίθεται ὡς πάνσοφον πρόσταγμα, τὸ, Γνῶθι σαυτόν. Vide Amb. Macrobium Comment. in Somnium Scipionis, Eraſmum in Chiliadibus, & ad dictum Thaumaturgi locum Ger. Voſſium Belgam.

97. Cognoſce te, & monetam adultera.] Pythij Apollinis præcepta ſunt, quę iubent opinionem popularem contẽni, & à vulgari potiùs conſuetudine quàm à veritate recedendum eſſe.

98. Genu crure propius.] De iis qui diligũt ſemetipſos plus quàm alios. Nonnulli de iis intelligunt, qui cognatis ſuis aliquid præſtare debeant, quòd genu ſit vicinius crure.

99. Anus vbi plaudere cœpit, magnũ excitat puluerẽ.] De iis qui propter peritiã rerũ multa mouent negotia.

100. Anus inſtar equi ſepulcrum habebis in voragine torrentis.] De iis qui meritò ſupplicio vltimo afficiuntur, ſicut equi ſenio confecti in torrentes & foſſas præcipitantur.

97. Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ νόμισμα παραχάραξον.] Παραγγέλματα Πυθικὰ, τουτέστι, τῆς τῶν πολλῶν δόξης ὑπερόρα, καὶ παραχάραττε μὴ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸ νόμισμα.

98. Γόνυ κνήμης ἔγγιον.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς μᾶλλον ἢ τοὺς ἑτέρους ἀγαπώντων. ἔνιοι δὲ ἐπὶ τῶν ὀφειλόντων παρέχειν τοῖς προσήκουσιν· ἐπεὶ ἐγγύτερον τὸ γόνυ τῆς κνήμης.

99. Γραῦς ἀνακροτήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει.] Ἐπὶ τῶν δι᾽ ἐμπειρίαν πολλὰ πράγματα κινούντων.

100. Γραῦς ὡς τις ἵππος τὸν χαραδραῖον τάφον ἕξεις.] Ἐπὶ τῶν ἀξίως τὰ ἔσχατα παθόντων. παρόσον οἱ γεγηρακότες ἵπποι, εἰς τὰς χαράδρας κρημνίζονται καὶ ἐμβάλλονται.

CENTVRIA V.

1. ANvs Seripha.] De ea quæ virgo conſenuit. Metaphora ſumta à locuſta agreſti, quam anum Seripham & vatem appellant.

2. Anus ſaltat.] De iis qui aliquid agunt præter ætatem. Nam adoleſcentulas decet ſaltatio.

3. Aniles fabulæ.] De verbis inanibus.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Ε.

1. ΓΡΑΥΣ Σέριφος.] Ἡ ἐν παρθενίᾳ γεγηρακυῖα. ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἀρουραίας ἀκρίδος, ἣν καλοῦσι γραῦν Σερίφιον καὶ μάντιν.

2. Γραῦς χορεύει.] Ἐπὶ τῶν παρ᾽ ὥραν τι διαπραττομένων. ταῖς γὰρ νέαις πρέπει τὸ χορεύειν.

3. Γραῶν ὕθλος.] Ἐπὶ τῶν μάτην ληρούντων.

4. Γραῦς

97. Et monetam adultera.] Habet etiam Vaticana appendix Cent. 1. Adag. 38. Affine hac in re illud à Nymphis Narciſſo ſui cæco amore capto datum conſilium, quod & Prouerbio ceſſit: *Si te ipſum amabis, omnes te oderint.*

99. Γραῦς ἀνακροτήσασα, &c.] Ita & Diogen. Ioſ. Scaliger verſum hoc modo conſtituit:

Γρηῢς ἀνακροτέουσα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει.

CENT. V.

Ἔξω βλέπει τὰ πολλὰ βοῦς ἀλλότριος.
Ἔοικε τοῖσιν ἐκ Πύλου Λακωνικοῖς.
Ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ μεῖζον, ἢ Πηλεὺς, φρονεῖ.
Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα.
Ἔπληξ ἀλέκτωρ ὥστε, ἐκκλίνας πτερόν.
Ἐρᾶν δὲ φανερῶς κάλλιον τοῦ λαθραίως.
Ἔρδοι τὶς ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.
Ἐρεσχελοῦσιν αἱ κορῶναι ἀετόν.
Ἕστηκας εἰκὼν ἐκ γραφῆς ἓν σχῆμ' ἔχων.
Ἐστὶ δ' ἀνάγκη χρῆμ' ἄμαχον καὶ τοῖς θεοῖς.
Ἔστι δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Ἔστω δὲ ταμίας, τἄλλα δ' εἰ βούλει, κύων.
Εὖ κείμενον δὲ τὸ κακὸν οὐ κινητέον.
Εὖ οἶδεν, ὥσπερ ἔφυγεν, Εὐκράτης ὁ Στούς.
Εὐμεταβολώτερος χαμαιλέοντος εἶ.
Εὔνοι' ἄκαιρος οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.
Ἐφ' αὑτὸν ἕλκων, ὥστε Καικίας νέφος.
Ἐφ' αὑτὸν ἕλκων, ὥστε Μαγνῆτις λίθος.
Ἐχθροῖς ἀπιστῶν μήποτ' ἂν πάθοις βλάβην.
Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον.
Ζητῶν γὰρ ὄψον, θοἰμάτιον ἀπώλεσα.
Ζῶμεν γὰρ, οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.
Ζωὸς γλύψῃ κεραμεύου μόνον λαβών.
Ἡ ἄγνος ἀνθεῖ, καὶ ὁ βότρυς πεπαίνεται.
Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.
Ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τἀληθῆ λέγει.

593. Aristophanis est ἐν Βατράχοις, iactatum in malos Poëtas, nuperæ edition. pag. 215. vbi redditur:

Reiiculi, hi racemuli & loquaculi.

599. De Necessitatis vi, pulcri exstant Laberij Mimi versus apud Macrobium lib. II. Saturnaliorum, cap. VII. quos Ios. Scaliger Grecè etiam in postumis Opusculis reddidit pag. 268.

Ὁρμὴ μ' ἀνάγκης, ἧς δρόμου πλαγίου φορὰν, &c.

601. Legunt alij: Ἔστω δὲ τομίας, de Eunucho, & homine exsecto: tum hîc verto;

Esto Eunuchus; cetera, si libet, canis.

Ταμίας autem quid, Grecus Aristophanis Interpres explanat in Auibus, pag. 612. ad vocem, τὸν Κωλακρέτην, Latinis quoque est *Promus-condus.*

608. Sunt qui hîc ἀπιστῶν *diffidens* legendum censeant.

Me mortuo conflagret humus incendiis.
Accede, profer, venditæ en merces citò.
Hic rore claro atque aëre eſt paſtus ſimul.
In terra egere malo, quàm dis nauigem.
Conſilia noctu captat omnisprouidus.
Vnum eligendum de tribus Theramenis.
In nocte lucens, luce verò inutilis.
Sermone in omni Dædali exſecratio.
Vt ſatietatem amat Venus, vitat famem.
Vel inter indoctos Corydus perſonat.
Ne te aquila iactes gracculos inter leues.
Prædetur aliquis per vices ignem quoque.
In dolio ſic figulus artem exerceam.
Inertibus viris iners oratio eſt.
Formicæ ineſt ſua bilis, & ſerpho ſua.
Nec aura curſum, nec moram ſinit ratis.
Vno oſcitante & alter oſcitat ſtatim.
Decepit ipſe vineam palus ſuam.
Plerumque bos alienus extrà proſpicit.
Aßimilis eſt his è Pilo Laconicis.
Mage ſibi quàm Peleus ſuo gladio placet.
Epiphyllides ſunt hæc & ampullæ meræ.
Galli inſtar horret, flectit alas qui ſuas.
Amare pulcrius palàm quàm clanculò.
Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat.
Corniculæ aquilam prouocant magnam leues.
Stetiſti imago picta formam vnam tenens.
Neceſſe ne vitet quidem vel Iuppiter.
Eſt oculus æquitatis omnia intuens.
Sit quæſtor, in reliquis canis ſi lubet.
Situm benè malum iterùm caue reſuſcites.
Noui probè qua fugit Eucrates via.
Chamæleon non eſt adeò mutabilis.
Beneficus importunus hoſte non minùs.
Ad ſe trahens vt Cæcias nubes ſolet.
Ad ſe trahens ferrum vt lapis magnes trahit.
Ab hoſte procul haud ſentias incommodum.
Mulieris æmulatio turbat domum.
Obſonium dum quæro, veſtes perdidi.
Non viuimus vt expetimus, at vt poſſumus.
Si cepe tantùm ceperis, reuixeris.
Flos vere prodit, & botrus maturuit.
Teſtudinis carnes vora, vel non ede.
Sic lingua peccans veritatem nuntiat.

Ἢ ζῆν ἀλύπως, ἢ θανεῖν εὐδαιμόνως.
Ἡ κοιλία δὲ πολλὰ χωρεῖ κοίλη γε.
Ἣν μὲν θεὸς ὑπέβαλλ' ἐμοὶ, ἥρπασα δ' ἐγώ.
Ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρί', ἢ μὴ τέτταρα.
Ἡ πορφύρα παρὰ πορφύραν διακριτέα.
Ἤτοι τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα.
Ἢ χρὴ ῥαγῳδεῖν πάντας, ἢ μελαγχολᾶν.
Ἤθους χαρακτὴρ ἐστὶ τἀνθρώπου λόγος.
Ἥκειν ἔχοντας σιτί' ἡμερῶν τριῶν.
Ἥλιος Ἀπόλλων, ὁ δὲ Ἀπόλλων ἥλιος.
Ἥλῳ τὸν ἧλον, παττάλῳ τὸν πάτταλον.
Ἡμεῖς γὰρ οὔτε θεόμεθ', οὔτ' ἐλαύνομεν.
Ἡμῖν πόνοισιν ἀγαθὰ πωλοῦσι θεοί.
Ἡμῖν ἐπιρρεῖ πρᾶγμα τοὐξαντλούμενον.
Ἢν μὴ καθαίρῃς καὶ ἀλέσῃς, οὐ μὴ φάγοις.
Θαλάττιος γ' ὢν μήτι χερσαῖος γένου.
Θεὸς λαλούμενός τε κἀκλήτως παρά.
Θεοῦ δ' ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.
Θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς.
Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.
Θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ.
Θὴρ ποικίλος μὲν, θὴτέρα δ' οὐ λήπτεος.
Θρασὺς πρὸς ἔργον ἐστὶν ἐκ πολλοῦ κακός.
Θυμοῦ γὰρ οὐδὲν ἄλλο γῆρας, πλὴν θανεῖν.
Θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια.
Ἰδοὺ δὲ καινὸς οὗτοσὶ Παλαίφατος.
Ἵνα μή σε βάψω βάμμα Σαρδινιακόν.
Καθ' ὥσπερ αἱ πιθῆκοί γε, σιτίζεις κακῶς.
Καὶ δὴ γένοιτ' ἂν παντὸς ἐκ ξύλου κίων.
Καὶ μάντις ὢν ἄριστος ἔσφαλε ποτέ.
Καὶ Πύθι' ἐστὶ ταῦτά σοι καὶ Δήλια.
Καινόν γε μηδὲν, μᾶλλον αὖ Φοινικικόν.
Καιροῦ τυχὼν ὁ πτωχὸς ἰσχύει μέγα.
Κακόν γε δῶρον ἶσόν ἐστι ζημίᾳ.
Κακὸν τὸ καλὸν μήτι τοῦ καιροῦ τυχόν.
Κακὸς κακῷ γὰρ συντέτηκεν ἡδονῇ.
Κακοῦ βάδιζε μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδόν.
Κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ὅλως ὁδοιπόρει.
Κάλλος γυναικός ἐστιν ἀνθρώποις βέλος.
Καλῶς παλαίειν οἶδε τὴν ἀλώπεκα.
Κἂν διὰ μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ῥιπτεῖν δέῃ.
Καπνόν γε φεύγων εἰς τὸ πῦρ περιέπεσεν.
Κατόπιν ἑορτῆς ὑστερήσαντες ἥκομεν.
Κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.

628. Expressum ex illo Hesiodico lib. α'. ἔργων. versu 287.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.

Virtutem posuere Dij sudore parandam.

629. Affinis huic ille senarius Iambicus initio 443.

Ἄλλην μὲν ἐξαντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει.

644. Geminũ illi Prouerbio, quod suprà positum: Ἐκ παντὸς Ἑρμῆς οὐ γένοιτο ξύλου.

649. Simile illud Sophoclis παροιμιῶδες quoque: Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα.

650. Tale illud Comici: *In tempore ad eum accessi, quod omnium est rerum primum.*

651. Explicat Erasmus Chil. II. Centuria III. Adag. 75. & alibi: *Simile simili delectatur.* &, *Graculus graculo adsidet.*

652. 653. His affine illud Menandri: *Mores bonos corrumpimus verbis malis.*

659. Tale illud in Maronis Catalectis de vino: *Arcanum demens detegit ebrietas.*

Aut viue gaudens, morere vel feliciter.
Venter capit vel plurima, aut paucißima.
Mihi Deus suggeßit, ego acceperam.
Fac quinquies bibas, ter, at numquam quater.
Ad purpuram diiudicanda purpura est.
Aut periit, aut profectò litteras docet.
Tragœdiæ agendæ, vel insanire fas.
Indexq; morum sermo fit viri probi.
Venis habens trium dierum obsonia.
Sol est Apollo, & ipse fit Apollo sol.
Clauumq; clauo, perticamq; pertica.
Neque currimus nunc, neque iuuamur remige.
Nobis labore venditant Diui bona.
Res affluit nobis, priùs quàm exhausimus.
Nisi & repurges & molas, haud vmquam edes.
Maritimus cùm sis, ne terras incolas.
Vocatus atque non vocatus Deus est.
Turpe est Deo, improbos agere feliciter.
Munus Dei cùm quisquam agit tam prosperè.
Deo volente & viminibus nauiges.
Pugnare cum Deo atque Fortuna graue.
Trux bellua est, non capitur altera manu.
Audax adest opus ferè ignauißimus.
Iræ senectus nulla præterquam emori.
Cares foras, non ampliùs Floralia.
En ô nouus hic est Palæphatus.
Colore ne tingare Sardiniaco.
Tuos velut nutris, tamen pascis malè.
Sic fiat omni vel columna ex arbore.
Vates bonus cùm sis, aberras sæpiùs.
Et Pythia est hæcce tibi, nec non Delia.
Nouumq; nil mage quàm sit hoc Phœnicium.
Mendicus etiam plurimùm in loco potest.
Munus malum est perinde vti dispendium.
Bonum malum fit, tempore haud datum suo.
Malus malo hærens gaudio perfunditur.
Cumq; improbis viris iter caue ineas.
Cum peßimis ne publica insistas via.
Et forma feminæ viro fit spiculum.
Vafram dolosis artibus vulpem capit.
Quamuis per enses ire & ignes oporteat.
Dum vito fumum, cecidi in ignem feruidum.
Post acta festa venimus lentè nimis.
Forma ære lucet, vina produnt pectora.

Κλύζει θάλασσα πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.
Κρεῖττον βαδίζειν σοῦ Χαιρινάδης ἔφυ.
Κώνωπος ἐλέφας Ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζεται.
Κωφότερός ἐστιν, ἢ Τορωναῖος λιμήν.
Λαβὼν ἀπόδος ἄνθρωπε καὶ λήψῃ πάλιν.
Λαγὼ βίον ζῇς ὁ πρὶν ἄγριος λέων.
Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.
Λέγειν μὲν αἰσχρόν, καὶ σιωπῆσαι βαρύ.
Λεπτή τις ἐλπίς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.
Λευκὸς Ἀφροδίτης εἰμὶ γὰρ περιστερός.
Λευκῶν γὰρ οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ σκυτοτομεῖν.
Λεωτρεφίδου λεπτότερα καὶ Θαυμαντίδος.
Λίαν φιλῶν σεαυτὸν οὐχ ἕξεις φίλον.
Λίθος κυλινδόμενος γε φῦκος οὐ ποιεῖ.
Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.
Λιμῷ γὰρ οὐδὲν ἔστιν ἀντειπεῖν ἔπος.
Λόγοις ἀμείβου τοὺς λόγοις πείθοντά σε.
Λόγος γάρ ἐστι φάρμακον λύπης μόνον.
Λόγοισι γὰρ Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.
Λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.
Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι,
  Τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι.
Λυχνεῖον ἐκζητοῦμεν ἅψαντες λύχνον.
Μαγάδι λαλήσω μικρὸν ἅμα σοὶ καὶ μέγα.
Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.
Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.
Μαριανδυνῶν μέμνησο θρηνητηρίων.
Μάταια τ' ἄλλα παρὰ Κρότωνα τ' ἄστεα.
Μέλει γὰρ ἧσσον, ἢ χελώναις τῶν μυῶν.
Μετὰ γὰρ νοσούντων καὶ τὸ μαίνεσθαι καλόν.
Μετῆλθεν ἡ Ἀμαία τὴν Ἀζησίαν.
Μή μοι ποτ' ἔλθῃς, ὅταν ἐγὼ πράττω καλῶς.
Μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες.
Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἅψομαι μάχης.
Μὴ σύντονον δίωκε, μήτ' ἀνειμένην
  Γᾶσι μοῦσαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νέων.
Μὴ δ' αὖ ἀγροίκου ῥήτορος καταφρονεῖ.
Μὴ μεῖζον ἔστω τῆς νεὼς τὸ φορτίον.
Μὴ τοὐμόν, ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν φῦλον σκόπει.
Μηδεὶς γένοιτο Μεγαρέων σοφώτερος.
Μηδὲν μέγ' εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.
Μία χελιδὼν οὐκ ἔαρ μόνη ποιεῖ.
Μίδας γὰρ ἐν κύβοισιν εὐβολώτατος.
Μικρὰ δὲ πρόφασίς ἐστι τοῦ πρᾶξαι κακῶς.

660. Vide Platonem libro IV. Legum, & ex eo Strabonem θάλατταν πονηροδιδάσκαλον apellantem, & Prouerbia: *Pelagus bonorum*, &c. Idem Lacedæmoniis visum auctor est Plutarchus & Plinius libro IX. cap. 34. & libro XXXII. cap. 1. Bias quoque Nautas dicebat, vt in Axiocho legimus, μήτε ἐν τοῖς τεθνηκόσιν εἶναι, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν. quod & Iuuenalis in Satyra XII. expressit versu 57.

666. Eupolidis est senarius apud Agellium libro I. Noctium Atticarum cap. 15. Erasmus in Adagio, *Archytæ crepitaculum*, Epicharmi illud addit: Οὐ λέγειν δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος.

668. Ex Platone libro Legum IV.

671. Ex Aristophane ἐν Ὄρνισι. pag. 606. habet Suidas Centur. IX. Adagio 34. sed ibi Θουμάντιδος malè editum.

672. Inuertit infrà hûc senarium ver. 813.
Πολλοί σε μισήσουσιν ἂν σαυτὸν φιλῇς.

678. Vt Parœmiographi de Platonis Orationes vendente referunt, sic meliùs reddatur: *Orationes Hermodorus venditat.*

686. Attulit Adagium Eustathius Commentar. in Dionysium Afrum, & ex Æschylo in Persis Iunius Centuria V. Adagio 59.

688. Simile illi quod paulo antè retulimus:
Κώνωπος ἐλέφας Ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζεται.

Μικρὸς

Hominum vniuersa proluit pelagus mala.
Hic ambulat te rectius Charinades.
Elephantus Indus non hili culicem facit.
Est surdior portu Toronæo & sinu.
Accepta reddito homo, recipies denuò.
Vitam leonis qui soles, leporis agis.
Garrire nouit, dicere haud aptus tamen.
Dixisse turpe sit, silere sit graue.
Spes nos fouet exigua, quâ nunc nitimur.
Albus Veneris en ipse sum columbulus.
Nil candidi prosunt nisi ad Cerdonicam.
Leotripside minor es ac Thaumantide.
Nemo erit amicus, ipse si te ames nimis.
Musco lapis volutus haud obducitur.
Ars, portus infelicitatis hominibus.
Nullis famem expugnare cum verbis licet.
Verbis repende, verba qui dederit tibi.
Quemuis dolorem lenit vna oratio.
Sunt Hermodori verba mercimonium.
Sermone suades pharmaco longè optimo.
Lydi improbi, post hos secundi AEgyptij;
Caresq; tertij, omnium deterrimi.
Ardente candelabra quærimus lychno.
Magnum ac pusillum proloquar Magadi simul.
Maleam petens, quæ sunt domi obliuiscere.
Qui coniicit benè, optimus vates cluet.
Maryandinorum sis memo. lugubrium.
Sunt reliqua præ Crotone frigida oppida.
Curat minùs, testudo quàm muscas leues.
Stultos apud sit desipere honestissimum.
Accessit hæc Amæa ad ipsam Azesiam.
Ne tum mihi adsis, quando res cedunt benè.
Iniuriæ ne sis memor captâ Phylâ.
Non cum leone caprea pugnare audeas.
Nec consitam sectare nec prælanguidam
Ionicè Musam, sed his quæ media sit.
Ne rusticanum temne, sodes, Rhetorem.
Ne maius esto onus, vt haud ferat ratis.
Age non meum, verùm & tuum inspicito genus.
Sapientior nullus siet Megarensibus.
Ne quid superbè iactites fato prius.
Non vna hirundo adesse ver denuntiat.
In tesseris iactus Mydas prosperrimus.
Ad prauè agendum paruulo prætextu opus.

690. Id est, Ceres Proserpinam quærit, raptam nimirum à Plutone, id est: Ἡ Δημήτηρ τὴν κόρην. Ἀζησία est *vitæ priuatio*. Ceres autem Ἀμαία παρὰ τὸ ἀμᾶν, etsi inuertit Hesychius, qui Cererem facit Ἀζησίαν, ἀπὸ τοῦ ἀζαίνειν τοὺς καρπούς, vt ad Suidæ Collectanea docui Centuria 1. Adag. 32.

691. Aliàs legitur κακῶς pro καλῶς, vtrumque vero sensu.

700. Huc Prouerbium pertinet: *Ante obitum nemo beatus*. Iuuenalis Satyra x. ver. 273.

Festino ad nostros, & Regem transeo Ponti,
Et Crœsum, quem vox iusti facunda Solonis
Respicere ad longæ iussit spatia vltima vitæ.

Μικρὸς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ.
Μικρὸς γε μῆκος οὗτος, ἀλλ' ἅπας κακός.
Μόνης ἐπ' αὐτῆς ἀγκύρας σαλεύομεν.
Μωμήσεταί τις θᾶττον, ἢ μιμήσεται.
Μῶμος δὲ πάνθ' ὁρῶν, ἑαυτὸν οὐχ ὁρᾷ.
Νέμει πολίταις μητέρας Πολυκράτης.
Ὁ βάσανος ἤθοις ἐστὶν ἀνθρώπου χρόνος.
Ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστι δή που λεγόμενος,
Ἂν ἀποτύχῃ τις πνεύματος, κώπαισι πλεῖν.
Ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας.
Ὁ λόγος ὁ σώσας αὐτός ἐστ' ἰώμενος.
Ὁ μὲν ἐξυφαίνεθ' ἱστὸς, ὁ δὲ σχάζεται.
Ὁ νοῦς γάρ ἐστι τῆς τραπέζης πλησίον.
Ὁ νῦν μὲν οὐδεὶς, αὔριον δ' ὑπέρμεγας.
Ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς, ἐκφεύξεται.
Ὁ σοφὸς ἐν αὑτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν.
Ὁ τόπον ἀμείβων, οὐκ ἀμείβει τὸν τρόπον.
Ὁδοῦ παρούσης ἀτραπὸν ζητεῖν δοκεῖς.
Ὄζωμεν ἀνδρῶν αὐτοδὰξ ὠργισμένων.
Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσιν, οἱ δ' ὄντες κακοί.
Οἱ μὲν παρ' οὐδὲν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει.
Οἵαπερ ἡ δέσποινα, τοιάδ' ἡ κύων.
Οἶδέ τε Πυλαία ταῦτα, καὶ Τυττυγίας.
Οἰκεῖς θάλατταν, Γλαῦκε, τὴν πόας φαγών.
Οἴκοι λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες.
Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.
Οἴκοι τὰ Μιλήσια, μὴ γὰρ ἐνθάδε.
Οἴνου δὲ μὴ παρόντος οὐκ ἔστι Κύπρις.
Οἴνου κατιόντος ἐπιπλέουσιν οἱ λόγοι.
Οἴνῳ τὸν οἶνον, κραιπάλῃ τὴν κραιπάλην.
Οἷος δεδιέναι πάντα, κἂν τι μῦς ψοφῇ.
Οἵῳ με δαίμων τέρατι συγκατεῖρξατο.
Ὅλοις χελιδών τις προσώπῳ χοίνοις πάρει.
Ὃν οὐ τρέφει Κῶς, οὐδ' ἂν Αἴγυπτος τρέφοι.
Ὄναιό γ' ἄλσιν ἂν ἐκτετμηχθεὶς ποτε.
Ὄνος βαδίζει εἰς ἄχυρα τράγημα σόν.
Ὄνος λύρας ἤκουσε, καὶ σάλπιγγος ὗς.
Ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει.
Ὁρᾷς τὸ Δῖον οὗ βέλος διέπτατο.
Ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον.
Ὅρκοις μὲν ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ τὰ παιδία.
Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών.
Ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει.
Ὅστις ἐπὶ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται,

711. Aristot. II. Ethic. ad Nicomach. & Erasm. Chil. III. Cen. IV. Ad. 71.

718. Vide Lamprid. in Alexand. Seu. Imp.

719. Huc Biantis Philosophi dictũ incensa patria Priene pertinet, referente in Paradox. Tullio: *Omnia mea mecum porto.*

720. Horatius:
Cœlum non animũ mutant, qui trans mare currunt.

728. Alibi legitur: Ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες.
Vulpeculæ Ephesi, sed leones sunt domi.

731. Tale illud Latini Comici: *Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

732. Simile Flacci:
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
& Niceratus lib. I. Ἀνθολογ. cap. LIX.
Οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ·
Ὕδωρ δὲ πίνων, καλὸν οὐ τέκοις ἔπος, &c.
Egregio vati vinum sit Pegasus ales,
Nec vates clarus carmine, potor aquæ.

736. Hirundinem reddidit Eras. Chil. IV. Cen. III. Adag. 22. malim tamen *Chelidoniæ* vocẽ retinere, vt pugilis nomen: quemadmodum & gladiatores dicti retiarij, quasi piscem captando irretirent: vt & Alaudæ auis nomen Ro. Legioni inditum fuisse, auctor est Plin. li. XI. c. 37.

737. Acceptum hoc referendũ Adag. ἐν Νεφέλαις nup. edit. pag. 193. vbi & Græca scholia legenda.

742. E Polybij lib. V. sumtus senarius, explicatusq; à Iun. Cẽ. II. Ad. 92.

744. Ly-

Ἢ το

Paruis quidem cum tibiis hamo carens.
Parua quidem statura, at est malus integer.
Vna mouemur anchora nauigij.
Reprendet aliquis citiùs atque imitabitur.
Qui momus omnia cernit, haud sese videt.
Matres alebat ciuibus Polycrates.
Mores dies cuiusque comprobat bonos.
Cursus secundus ille passim dicitur,
Mouere remis, aura si desit, ratem.
Inspexit, etsi serò, pelles Iuppiter.
Qui læsit idem sermo te sanauerit.
Hic texuit telam, ille deduxit statim.
Quàm mensa, mens est hominibus propinquior.
Qui nullus hodie, cras erit vel maximus.
Qui multa tollit, pauca dat, seruabitur.
Sapiens opes sibi secum habet semper suas.
Mutans locum, mores tamen mutat nihil.
Cùm sit patens iter, requiris semitam.
Iras odoremur virorum mordicus.
Illi ampliùs non sunt; mali at superstites.
Nihili quidem hi sunt; ceteris curæ est nihil.
Qualis domina, catella talis est quoque.
Hæc & Pylæa nouit, & Tyttygias.
Herbâ comestâ Glaucus incolit mare.
Domi leones, prælio vulpeculæ.
Domi manendum, sit vir vt felicior.
Non hoc loco sunt, sed domi Milesia.
Absente vino pariter exulat Venus.
Vino affluente orationes adnatant.
Vinoque vinum, crapulaque crapulam.
Ad omnia trepidat, licet vel mus mouet.
Cui me implicauit genius ostento grauis?
Totosque schœnos ecce Chelidon præterit.
Quem non alit Cos, nec solum alet AEgyptium.
Sale hic perunctus si sit, en saluus fiet.
Paleas aselle aggrederis, vt cibum tuum.
Asellus audiuit lyram, sus buccinam.
Vbi dolor angit, hic manus quisque admouet.
Dion vides telo volantem vindice.
Pusillo amantum durat ira tempore.
Talo puer, periurio vir fallitur.
An pura sit rapax auis vorans auem?
Qui semetipsum non tenet, Samum petit.
Vocatus ad cenam venit qui seriùs,

744. Lysandri impia vox apud Plutar. in Apophthegm. qua iurisiurādi religionem neglexit. tale & Hippolyti apud Euripidem nefarium dictum:
Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
Est lingua iurans, animus iniuratus est.
de hoc Cicero III. Offic. extremo. & Erasmus ex Aristophane & Platone in Theæteto. Chiliad. II. Cent. V. Adag. 41.

Ἢ χωλός ἐστ', ἢ οὐκ ἔδωκε συμβολάς.
Ὀσφὺν κατεαγώς, ὥστε Μυσίας ὄνος.
Ὅτ' ἀργύρειον ᾖ, πάντα θεῖ κἀλαύνεται.
Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;
Ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.
Οὐ δεινὸς εἰπεῖν, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος.
Οὐ δυνατὸς οἶκος εἷς τρέφειν κύνας δύο.
Οὐ μία λόχμη τρέφοιτ' ἂν ἐριθάκους δύο.
Οὐ μέμφεται Κορινθίοισιν Ἴλιον.
Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' Ἀχιλλεὺς αὐτὸς εἶ.
Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς.
Οὐ παρός γε παντός ἐστιν ἀρτῦσαι καλῶς.
Οὐ ῥᾳδίως γὰρ ἔστ' ἀληθεύων Κίλιξ.
Οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδος.
Οὐ τύπτεται δ' ὁ πρέσβυς, οὐδ' ὑβρίζεται.
Οὐ φεισόμεσθα τῶν δὲ μᾶλλον ἢ λύκων.
Οὐδ' αὐτὸς εὗρεν ὁδὸν ἂν Ἐξηκεστίδης.
Οὐδ' ἐν περιδείπνῳ ποτέ σ' ἐπαινέσαιμ' ἄν.
Οὐδεὶς διθυραμβοποιός, ἣν ὕδωρ πίῃ.
Οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὀψωνεῖ κρέας.
Οὐδεὶς ἔθυσ' εὐεργέτῃ πλὴν Πυῤῥίας.
Οὐδεὶς ἐραστής, ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ.
Οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψιλίζεται.
Οὐδεὶς κρέως παρόντος ἐσθίει θύμον.
Οὐδὲν γάρ ἐσμεν, πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη.
Οὐδὲν γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι.
Οὐδὲν γυναικὸς βαρβάρου σοφώτερος.
Οὐδὲν λέλειπται τῶν ἐμῶν, οὐδ' ἔγκαφος.
Οὐδὲν πέπονθας δεινόν, εἰ μὴ προσποιεῖ.
Οὐδέν σ' ὀνήσει βολβός, ἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς.
Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐστυκὼς ἀνήρ.
Οὔθ' ἡλιοῦται παντελῶς, οὔθ' ὕεται.
Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.
Οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφεο.
Οὐκ ἂν πάθοι τάριχος, ὧνπερ ἄξιος.
Οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν γὰρ ἠρκόνων ἐγώ,
  Κακουργεῖν ἑτοίμων μᾶλλον ἢ εὐεργετεῖν.
Οὐκ ἔστ' ἐμὸν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χαιρέτω.
Οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο, πλὴν λόγος.
Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.
Οὐκ ἦθος, ἀλλὰ τὴν τρίχ' ἀλλάττει λύκος.
Ὀψ' ἦλθες, ἀλλὰ γ' εἰς Κολωνὸν ἵεσο.
Πάγαις ἀλώπηξ αὖθις οὐχ ἁλίσκεται.
Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

749. Ex Eustathio in Bœotiam Homeri seu secundum Iliados explicat Iunius Adag. 68. Centuria VI.

750. Pluribus Erasm. Chil. I. Cent. III. Adagio 87. *Pecuniæ obediunt omnia*, quam & Flaccus reginam vocat, Plutarch. in vitis, & Aristophanis Scholiastes; item Valerius Maximus, lib. VI. cap. 5. Aristophanis versus in Equitibus apponam, pag. nuperæ editionis 292.

Βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταυρεῖον πιεῖν,
Ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος.

sic & M. Liuium Drusum hausto caprino sanguine, seu morbo comitiali exstinctum, auctor est Nepos Cornelius seu Virorum Romæ Illustrium scriptor, cap. 66. & Cn. Plinius lib. XXVIII. Natural. Histor. cap. IX. extremo.

758. Expressit Horat.

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

Per parodiam verò alius circumfertur senarius:

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ βάτεζ αν ἔσθ' ὁ πλοῦς.

761. Aristophanis est in Lysistrata pag. 805. quæ autem hæc gladij forma, Suidas, Hesych. & Eustathius in Iliad. κ. dixerint.

770. Legendus in laude caluitiei Synesius, & Commentario de Coma Iunius.

Aut claudicat, aut non dedit hic symbolum.
Elumbis asini est instar ipsa in Mysia.
Si nummus est tibi, parebunt omnia.
Tibi cùm fauet fortuna, amicis num est opus?
Ne quid tume cùm res secunda maximè.
Dicendo ineptus, at silere non potest.
Non vna geminos educat domus canes.
Non dumus vnus erithacos alit duos.
Incusat haudquaquam Ilium Corinthios.
Non satus Achille es, verùm Achilles ipsemet.
Cuiuslibet non est Corinthum appellere.
Condire rectè iusculo haud cuncto datur.
Aegrè nimis verum renuntiat Cilix.
Nec ceu leæna statuar in secespita.
Legatus haud violatur, haudq; cæditur.
Non his parcemus magis ac sæuis lupis.
Hanc non viam reperiat Excestides.
Non te quis à cenis honestet laudibus.
Nemo dithyrambos canet potans aquam.
Difficilis emptor haud bona emit obsonia.
Solus benefico victimam dat Pyrrhias.
Non est amicus hic, qui amare desinit.
Nullus comatus, cui coma haud præciditur.
Caue carnibus præsentibus porrum vores.
Nihil sumus præter scapham & vndas maris.
Nil dulcius quàm scire prorsus omnia.
Nihilo gyrina est rana sapientior.
Nihil reliquerunt mei, ne frustulum.
Nihil graue accidit, nisi faber es tibi.
Neruis carentem, iuuerit bulbus nihil.
Nil cogitat planè boni vir arrigens.
Nec splendet hîc sol planiùs, nec imber est.
Nasci haud potest è patre noxio probus.
Cùm sis anus, haud vnguine imbui decet.
Tarichus haud laturus est, queis dignus est.
Non sum, fatebor, heroum illo de grege,
Qui noxij mage quàm benigni sunt omnibus.
Non est meum negotium, procul abeat.
Non est Suadæ templum aliud quàm Oratio.
Felix per omnia nullus est mortalium.
Pilos lupus mutat, sed animum non item.
Seriùs ades, ast hinc te Colonum conferas.
Non cauta vulpes denuò in casses cadit.
Olim fuerunt strenui Milesij.

776. Pertinet huc dictum Poëtæ apud Ciceronem: *Faber est suæ quisque fortunæ.* refertq; Nepos Cornelius in Attici vita, & singulari Homilia benè longa concionatur aurei oris Chrysostomus, *Lædi neminem qui non seipse læserit prior.*

778. Quid ἐστυκώς scholia docent Aristophanis ἐν Εἰρήνῃ, pag. nouæ edit. 676. & 890. vt & Guil. Cāterus obseruarat. Malè itaque hîc ἀστικὸς legebatur, redditumque:
Vrbanus æqui nil bonive cogitat.

782. Athenæus li. III. Δεῖπνος. similiaque Erasmus colligit Chiliad. II. Cent. III. Adag. 85.

Παλινδρομῆσαι μᾶλλον, ἢ κακῶς δραμεῖν.
Πᾶν τοι γινόμενον καταθανεῖν ὀφείλεται.
Παρὰ μὲν θάλασσαν περίπατος, παρὰ γῆν δ' ὁ πλοῦς.
Πᾶς ἐστι δούλῳ δεσπότης μονοσύλλαβος.
Πάσῃσι κορυδαλλοῖσ' ἐνεῖναι χρὴ λόφον.
Παταικίωνος συκοφαντικώτερος.
Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.
Πεζῇ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.
Πείθειν γὰρ οἶδε καὶ πέφυκε μὴ λέγων.
Πεινῶντι κλέπτειν ἐστ' ἀναγκαίως ἔχον.
Πενία γάρ ἐστιν ἡ τρόπων διδάσκαλος.
Πέπων ἐρινὸς παντελῶς ἀχρεῖος ὤν
Εἰς βρῶσιν, ἄλλοις ἐξερινάζεις λόγοις.
Περνῶντα τὸν χαραδριὸν μιμούμενος.
Πίνουσ' ὁμίχλην τῆς πονηρίας κακοί.
Ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς.
Πόλεως ἁλούσης πάντες ἂν φεύγουσι θεοί.
Πολιὰ χρόνου μήνυσις, οὐ φρονήσεως.
Πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.
Πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς τέλος δαμάζεται.
Πολλοί σε μισήσουσιν, ἂν σαυτὸν φιλῇς.
Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.
Πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν.
Πολλῶν ὁ λιμὸς γίνεται διδάσκαλος.
Πολὺ χεῖρόν ἐστιν ἐρεθίσαι γραῦν, ἢ κύνα.
Πολυπραγμοσύνης ἕνεκ' εἰς κεφαλὴν τρέποιτ' ἐμοί.
Πρινή σε τοὺς ἰχθῦς ἑλεῖν, ἅλμην κυκᾷς.
Προβάτων γὰρ οὐδὲν ὄφελος, ἂν ποιμὴν ἀπῇ.
Προέλοιμι δοῦναι τῷ Τελεγόρᾳ μᾶλλον ἄν.
Πρὸς κάππαριν ζῇς, δυνάμενος πρὸς ἀνθίαν.
Πρὸς μάντιν οὐδεὶς δυστυχὴς ἀπέρχεται.
Πρότερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα.
Πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα.
Πῦρ, καὶ θάλασσα, καὶ γυνή, κακὰ τρία.
Ῥᾷστ' ἐστ' ἀγροίκου ῥήτορας καταφρονεῖν.
Ῥόδον παρελθὸν μηκέτι ζήτει πάλιν.
Σαίνεις δάκνουσα, καὶ κύων λήθαργος εἶ.
Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος.
Σαπρὸς τάριχος τὴν ὀρίγανον φιλεῖ.
Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι.
Σαφέστερόν πως, κἀμαθέστερον φράσον.
Σκύλλῃ περιέπεσον τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγών.
Σκώληξ παράσιτος τῶν ἐχόντων οὐσίαν.
Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

796. Ex Simonide adfert Plutarchus in Timoleontis vita. Desiderius Chil. III. Centuria III. Adag. 67. proximũ verò è Suida est, vbi duplici π, Παππαικίων scribitur, homo nihili.

800. Affine illud sup. Οὐ δεινὸς εἰπεῖν, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος.

803. De pepone Medici & Scholiastes Aristoph. ἐν Ἱππεῦσι, pag. 302. & Adagium: *Pepon es.*

805. De Charadrio idem Comici Interpres ἐν Ὄρνισι pag. 553.

815. Tale illud suprà paullò:
Πενία γάρ ἐστιν ἡ τρόπων διδάσκαλος.
& illud Persianum in Prologo:
Magister artis ingenique largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.

832. Ex Aristophanis Βατράχοις sumtum, quo Bacchus Euripidis taxat obscuritatem, vbi Interpres & ex eo Suidas Prouerbium monet subesse, & Erasmus in *Rudiùs ac planiùs.*

835. Exstat Plutarchi Opusculũ hac de re conscriptum: per παρῳδίαν autem hic in Monostichis legitur:
Σοφοὶ γερόντων οἱ νέοι συνουσίᾳ.

Præstat recurrere, perperàm quàm currere.
Quodcumque natum est, id necesse est occidat.
Iuxta mare ambula: prope solum nauiga.
Omnes heri seruis ferè monosyllabi.
Cunctis galeritis breuis crista indita.
Patæcione tu calumniosior.
Pinguis vterus subtile pectus non parit.
Ambulo pedes, nandi imperitus maximè.
Suadere siquidem nouit & loquens nihil.
Famelicus vir esse furax cogitur.
Inopia fit magistra morum aptissima.
Tu cùm pepon per omnia sis inutilis
Cibis, tamen sic incitas alios λόγοις?
Vendentis instar vel Charadrium viri.
Mali bibunt iniquitatis nubilum.
Desideras absentem, & hinc frustrà vocas.
Capta vrbe frustrà sunt Manes & Dij.
Fluxisse tempus, non sapere, cani notant.
Scit multa vulpes, vnum echinus maximum.
Percussa multis ictibus quercus cadit.
Multi oderint si temet ipse diligas.
Multi duces deperdidere Cariam.
Medici frequenti perdiderunt me manu.
Magistra multis est fames mortalibus.
Est peius irritare anum, quàm vel canem.
Hæc curiositas cadat meum in caput.
Pisces priùs quàm ceperis, misces salem.
Est vsus ouium nullus, vbi pastor deest.
Donare malim vel Telegoræ quàm tibi.
Tu cappari viuis, potes qui & anthia.
Vatum, beatus nemo, dicta consulit.
Testudo præuertat priùs tarda leporem.
Natare primùm disce, pòst & litteras.
Ignis, mare, & mulier, tria sunt hæc pessima.
Facile est agrestem Rhetorem contemnere.
Ne quære quando præteristi iterùm rosam.
Palpando mordes, clàm canis dentem imprimens.
Populus Samius est litteratus maximè.
Impura salsamenta amant origanum.
Laudas teipsam mulier, Astydamæ in modum.
Dilucidiùs & crassiùs dic obsecro.
Vitans Charybdim incautus in Scyllam incidit.
Vermis parasitus comedit aliorum bona.
Commercio sapientium princeps sapit.

Σπείρειν δὲ χειρὶ, μὴ δ' ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.
Σὺ δὲ τιμιοπώλης, ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδείς.
Σύ μ' ὗν ἀπαιτεῖς ἀντὶ τῆς κακῆς κυνός.
Σῦκον μετ' ἰχθὺν, ὄσπριον μετὰ κρέα.
Σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται.
Συνῆλθον Ἀτταγᾶς τε καὶ Νουμηνίας.
Σχεδὸν τοιοῦτον, ὅσον ἐκ Διονυσίων.
Τὰ δ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς.
Τὰ θύμαθ' οὐδὲν, πλὴν γλύφεια καὶ κέρας.
Τὰ πράγμαθ' ὥσπερ Αἴσιμος κυλίνδεται.
Τὰ πρῶτ' ἀρίστοις παῖδας Αἴγιν' ἔτρεφε.
Τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγω.
Τὰ χρήματ' Αἰσχύλου τε καὶ Θεαγένους.
Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα τὰν θεὸν καλεῦ.
Τἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Τάριχος ὀπτὸς οὗτος, ἣν ἴδῃ τὸ πῦρ.
Ταῦρος δράκοντ' ἔτικτε, καὶ ταῦρον δράκων.
Τάχ' εἰσόμεσθα μάντεων ὑπέρτερον.
Τὰς κνημίδας τῷ κρατὶ, τῇ κνήμῃ κράνος.
Τείχη σιδηρᾶ μᾶλλον εἶν' ἢ γήινα.
Τέκτων γὰρ ὢν ἔπραττες οὐ ξυλουργικά.
Τετράσι γεννηθεὶς, ὡς ἔοικ' ἄλλοις πονεῖ.
Τέχνη τέχνην ἔστερξε, καὶ τύχη τύχην.
Τῇ μὲν δίδωμι χειρὶ, τῇ δὲ λαμβάνω.
Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶ φίλοι.
Τὴν δαῖτ' ὄνειον ὁ Σκύθης ἀκκίζεται.
Τὴν χεῖρ' ὑπέσχε κἀποθνήσκων Ἀττικός.
Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται.
Τί γὰρ μακροῖς αὐλοῖσιν αὐλῆσαί μ' ἔδει;
Τί δῆτα χεῖρες οὐκ αὖ ἐργασαίατο;
Τί μεγάλα φριμιάζομαι μικρῶν πέρι;
Τί οὐ γαμήσῃ δή ποτ' Ἀρβήλας ἰών;
Τί οὐκ ἀπήγξω, ἵνα Θήβησ' ἔφης γένῃ;
Τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία;
Τίς ἐστι δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;
Τόδ' ἐξοπλίζει τοὖπος Ἀργείων λέων.
Τόδ' ἐστι πολλῷ μεῖζον, ἢ Τροίαν ἑλεῖν.
Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἔῃ.
Τὸ μὲν μ' ἔλειπε, κῦμα τὸ δ' ἐγκατελάμβανεν.
Τὸ μὲν πάρεργον, ἔργον ὡς ἡγούμεθα,
Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.
Τὸ πρῶτον εἰς τοὺς παῖδας ἐζήλου τ' Ἄρης.
Τὸ σκαιὸν ὄμμα παραβαλὼν θυίου δίκην.
Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται.

858. Vidi qui ita hunc inuerteret senarium:
Τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τέχνην τύχη.
Dilexit ars fortunam, & artem fors amat.
Alibi verò:
Τύχη τέχνην εὕρηκεν, οὐ τέχνη τύχην.

863. Simile est illud Menandri:
Ἁλωτὰ γίγνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἅπαντα.

874. Affine illi suprà:
Σκύλλῃ περιέπεσον, τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγών.

878. Æschyli est apud Athenæum lib. VII. Δειπνοσοφιστῶν. Vide Erasmum Chiliad. III. Centur. V. Adagio 12.

Non corbe toto, sed manu sola sere.
Pollinctor es ut pretij Achilles nullius.
Suem reposcis pro malo quouis cane.
A pisce ficum, à carnibus legumina.
Flet omnis aut ridet Dei cum numine.
Coniunctus est suo Attagas Numenio.
Tantum propè est, quantum ex sacris Dionysiis.
Hæc non ab aliis, immò pennis propriis.
Nil sacra sunt præter genas & cornua.
Vt Aesimus sic vertitur negotium.
AEgina natos præcipuè alit optimos.
Ficusq; ficus, & scapham scapham voco.
Hæc Aeschini sunt & Theagenis bona.
Manum admouenti sunt vocanda numina.
Existit aurum vita sanguisq; omnibus.
Tarichus assus mox ut ignem viderit.
Taurus draconem peperit, & taurum draco.
Modò sciemus meliùs ipsis vatibus.
Suræ galerum, & ocreas capiti dare.
Vrbs mænibus sit ferreis non terreis.
Cùm sis faber, opera haud facis fabrilia.
Quarta ortus ut video, laboro ceteris.
Ars artem amat, fortuna sortem diligit.
Altera manu trado, recipio ast altera.
Non sunt amici qui inuicem degunt procul.
Conuiuium asininum Scytha accissans capit.
Tendens votiuas moritur Atticus manus.
Sic diligentiæ omnia hæc obediunt.
Cur tibiis longis canere me oporteat?
Quid est quod haud effecerint demum manus?
Quid magna fari rebus in paruis opus?
Quid non profectus Arbelas fies tibi?
Suspendis haud te cur, Deus Thebis nouus?
Quæ societas speculo atque casso lumine?
An seruus hic qui fata sic contemserit?
Oraculis Argiua gens arma exuit.
Hoc maius est longè, Ilium quàm prendere.
Dulce est lucrum profectum & à mendacio.
Hic me reliquit fluctus, hic absorbuit.
Quod est parergon, expedimus tamquam opus:
Opus parergon rursus esse credimus.
Martem beatum olim vocabant liberis.
Oculum sinistrum admouens Thynni ritu.
Affinitas & inuidere sunt simul.

880 Τὸ τέλος ἅμ' ἀρχῇ δ' εὐθὺς οὐ καταφαίνεται.
Τοιοῦτός ἐστιν οἷσπερ ἥδεται συνών.
Τοιοῦτος ὢν οὐκ ἂν γ' ἕλοι πόλιν ποτέ.
Τοῖς εὖ φρονοῦσι συμπαραστατεῖ τύχη.
Τοῖς Ἀττικοῖς κονισάλοις νεωκορεῖ.
885 Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.
Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν, ἀνδρὸς κακοῦ.
Τὸν δ' ἐγγράφειν εἰς τοὺς Γαλέμους ἔδει.
Τὸν δρῶντα πού τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.
Τὸν ἕβδομον βοῦν, ἡ σοφὴ παροιμία.
890 Τὸν πλησίον τι νουθετεῖν βραχὺς πόνος.
Τὸν πόδα διώκεις, ἄρτι τὴν κάραν ἀφείς.
Τοῦ Πρωτέως πέφυκε ποικιλώτερος.
Τοῦ φιλοσόφου Ζήνωνος ἐγκρατέστερος.
Τοὺς εὐτυχοῦντας καὶ φρονεῖν νομίζομεν.
895 Τουτὶ δ' ὅ, τ' ἐστ' οὐδ' ἂν ὁ Ἀπόλλων μάθῃ.
Τρεῖς εἰσιν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι,
Ἂν ὦσι τραχεῖς, ἂν δὲ λεῖοι, τέσσαρες.
Τῷ δ' αὖ πονοῦντι καὶ θεὸς ξυλλαμβάνει.
Τῷ πρωτοπείρῳ παντελῶς συγγνωστέον.
900 Τῶν δυστυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.
Ὑδρωπικοῦ ξηρότερόν ἐστιν οὐδέν.
Ὑγίεια καὶ νοῦς ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύο.
Ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.
Ὑπὲρ καπνοῦ πηδάλιον ἐκκρεμάμενον.
905 Ὕπνος δὲ πεῖναν τὴν κακέσχατον δαμᾷ.
Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται ταχύ.
Φεύγειν ἁπάσας τὰς πάγας οὐ ῥᾴδιον.
Φθόης προφήτης, καλάμινα σκέλη φορῶν.
Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός.
910 Φιλιππίδου λεπτότερον ἀποδείξει τάχα.
Φίλους τρόποις γίνωσκε, μισήσῃς δὲ μή.
Χαλεπὸν ζητοῦσά τι σκυτοτραγεῖν κύων.
Χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπιλάθου.
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλος τὸν δάκτυλον.
915 Χειροῖν μὲν ἀμφοῖν, οὐ μιᾷ, δρεψόμενος.
Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν.
Χρεία διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφόν.
Χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων τὰ δείν' ὁρᾶν.
Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτεῖται λόγος.
920 Χωλῷ παροικῶν κἂν ἑνὶ σκάζειν μάθοις.
Χυδαιότερος ὀχλαγωγίας πυλαϊκῆς.
Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.
Χωρὶς τό, τ' εἰπεῖν πολλὰ, καὶ τὰ καίρια.

884. Conissalus quid sit, explicat Eustathius in Homer. Strabo etiã diis Atticis adnumerat, è quo Cælius Rhodig. lib. VII. Antiq. lect. cap. 26.

885. Senarius hic vulgatus est de Liuia, quæ Augusto grauida intra tertiũ mensem peperit, vt in Claudij vita Tranquillus refert. Vitales autem partus esse impari mense Plinius lib. VII. cap. 5. Macrobius, & Medici disputant.

889. E Suida Erasm. refert Chil. I. Cent. X. Adag. 63.

893. Laërtius in Zenone tẽperantiam in victu moderationemq; voluptatum laudat, citatque Philemonis Comici, vel vt aliis placet, Posidippi versus in fabula *Philosophi* titulo. Cic. Tusc. II. & Suidas ac Valer. Max. lib. III. cap. 3. de eius patientia.

898. Sup. ex Hesiodo attulimus Deos omnia vendere laboribus, geminum autem illud Xenophontis Ἀπομνημονευμ. Τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις.

900. In contrarium effertur in Monostichis:

Τῶν δυστυχούντων ἀτυχὴς οὐδεὶς φίλος.

901. De intercute morbo laborantibus, de quibus Naso ait:

Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aquæ.

Et Flaccus lib. II. Carminum.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops, &c.

Non finis apparet simul cum exordio.
Est talis vnusquisque quibus & vtitur.
Qui talis esset, non caperet vrbem hostium.
Prudentibus fortuna semper est comes.
Aedituus est in Attica Conissalus.
Felicibus sunt & trimestres liberi.
Laudare eumdem & carpere, est viri mali.
Asscribere hunc ipsis Ialemis decet.
Quisquis facit, vices pati necesse sit.
Sapiens Adagium septimum narrat bouem.
Breuis labor monere sit vel proximum.
Hyperam relinquens, nauis insequeris pedem.
Mutabilior est Protheo, & varius magis.
Zenone summo est continentior sopho.
Asscribimus felicibus prudentiam.
Nec ipse Apollo quid sit hoc cognouerit,
Tres podici satis capilli, vt tergeant,
Modò asperi; sin expoliti, quattuor.
Deus laborantibus opem fert prosperè.
Hactenus inexperto venia danda & rudi.
Cognatus vnus quilibet felicium.
Hydropico fit siccius viro nihil.
Vitæ bona duo, sanitas, prudentia.
Si biberis vndam, nil boni vmquam feceris.
Agricola fumo appendit vt clauum bonus.
Somnus domat famem malorum pessimum.
Necessitati cuncta cesserint breui.
Vitare laqueos non facile cunctos simul.
Tabis propheta, crura arundinea gerens.
Adesse gaudet, sed laboranti Deus.
Reddet cadauer macrius Philippide.
Mores amici noueris, non oderis.
Periculosa res, vorans corium canis.
Memineris accepti, dati obliuiscere.
Manus manum, digitumq́ digitus abluit.
Vtraque non vna manu dilargiens.
Si Chius adsit, non sinit Coum loqui.
Necessitas, rudem priùs, doctum facit.
Extra mala existens, pericla prospice.
Aura loquente ratio quæuis irrita est.
Claudo propinquus, claudicare mox scies.
Loquacitate triuiali abiectior.
Seorsim Mysorum sunt Phrygumq́ limites.
Diuersa sunt, multa eloqui, opportuniùs.

903. Simile sup. 766.

Οὐδεὶς διθυραμβοποιὸς, ἐὰν ὕδωρ πίῃ.

904. Expressum ex illo Hesiodio lib. β΄. Ἔργων, ver. 247.

Πηδάλιον δ᾽ εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσαιο.

Suspendat fumosa super laquearia clauum.

& rursum lib. I. ver. 45.

Αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο.

Asque mora supra fumum sepone temonem:

quæ explicat Plutarchus extremo Commentario de Diuitiarum cupiditate, & in septem Sapientum Conuiuio.

908. E Platone Comico haustum explanat Iunius Cent. VIII. Ad. 76.

909. Geminum huic quod sup. ver. 888.

911. Theocr. est Idyllio X. vbi Scholiastes hoc Prouerb. sic extulit:

Χαλεπὸν μαθοῦσαν σκυτοφαγεῖν.

expressit & Lucianus, & Horatius lib. II. Sat. V. ver. 85. & Erasmus.

914. Epicharmo attribuit simile quid, sed Trochaicū, Axiochi auctor:

Ἡ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα νίζει, δός τι καὶ λάβοις τι.

Manum vt manus fricat, da aliquid & accipe.

Vtitur præter alios & Seneca ἐν Ἀποκολοκυντώσει.

919. Reddi etiam possit, quia λόγος orationem etiam significat,

Auro loquente cuncta iners oratio.

Affine & illud sup.

Ὅτ᾽ ἀργύρειον ᾖ, πάντα θεῖ κἀλαύνεται.

922. Strabo lib. XII.

Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.
Ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι μυῤῥίνου.
Ὡς πλεῖον ἵλαος αἱμύλης ἀλώπεκος.
Ὡς δεῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.
Ὤδιν' ὄρος, κᾆπειτα μῦν ἀπέκτεκεν.
Ὠνοῦ τιθεὶς καὶ πρᾶττε, ὡς Φοῖνιξ ἀνήρ.
Ὤρυσεν ἵππος ἐκ βραδυσκελῶν ὄνων.
Ὡς ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντά σοι φέρω.
Ὡς ἀγαθὸν ἐστ' ἐπωνυμίας πολλὰς φέρειν.
Ὡς ἐστί μοι τὸ χρῆμα τοῦτο περὶ πόδα.
Ὡς δυσκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι;
Ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ τᾶς γᾶς ὁρᾶν;
Ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων;
Ὡς ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων;
Ὡς μήτε κορῦσαι μήθ' ὑπὲρ χεῖλος βαλεῖν.
Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.
Ὥσπερ τὰ σῦκα τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ.

ΑΒΥΔΗΝΟΝ ἐπιφόρημα. Ναύσων Ναυκράτει.
Ἀγαμεμνόνεια φρέατα. Βοῦς ἐπὶ ζυγόν.
Ἀγαμεμνόνειον δαῖτα. Βέλος Ἀχαϊκόν.
Ἀγορὰ Λύκειος. Καλλίας πτερορρυεῖ.
Ἀγορᾶς ἄγαλμα. Θατέρῳ παραβλέπειν.
Ἄγουσι καὶ φέρουσι. Βοιώτιον οὖς.
Ἀδεὲς δέος δέδοικας. Ἀργείους ὁρᾷς.
Ἀδύνατα θηρᾷς. Εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ.
Ἀεὶ τὰ Θετταλῶν ἄπιστα. Μυωπολεῖν.
Ἀεί τις ἐν Κύδωνος. Ἐν σκύτεσιν ὁ νοῦς.
Αἰγυπτιάζεις. Δοῦλος ὢν κόμην τρέφεις.
Αἰγύπτιος πλινθοφόρος. Ἄνθρωπος Θαλῆς.
Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι. Βάττου σίλφιον.
Αἴνιγμα Βοιώτειον. Αὕτη κυρία.
Αἲξ τὴν μάχαιραν. Πάντα μὴ βούλου κρατεῖν.
Αἱροῦντες ᾑρήμεθα. Φωκέων ἀρά.
Αἰσχρὸν σιωπᾶν. Ἐν παρενθήκης λόγῳ.
Ἄκαπνα θύει. Κοσκίνῳ μαντεύεται.
Ἀκάπον αἴρου. Κύαθον αἰτέσεις τάχα.

Ἀκονιτὶ

& ex illo Erasmus Chiliad. II. Centuria IV. Adagio 50. non absimile illud:

Χωρὶς τὰ Μέῤῥα καὶ Σιλωὰν ῥεύματα.

Seiunctæ sunt Merrha ac Siloam flumina.

924. Vidi qui sic legerent senarium:

Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.

925. Aristophanis est ἐν Ἱππεῦσι, pag. 345. vbi Interpres ex Diphilo Comico sumtum notat.

926. Plato I. de Legibus, de Archilochi vulpe astuta, & Basil. Homilia ad Iuuenes, & Apologi Æsopici ac Phœdri, qui circumferuntur: Erasm. Chil. IV. Centuria II. Adagio 25.

927. Æschyli est in Tragœdia Danaidum seu supplicum: Iunius Centuria I. Adag. 85.

928. Expressit Horat.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

933. Suidas Platoni tribuit, Comico opinor; & Erasmus Adagio, *Ad pedem.* sic etiam contrà dictum, Ὑπὲρ τὸν πόδα, *Vltra pedem*, hoc est, præter modum, in sumtuosos. vnde rectè Flaccus:

Suo se quemque pede metiri verum est.

935. Expressit Lucretius initio lib. II. de Rerum Natura:

Suaue mari magno, turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem.

Menandri Comici est:

Ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς γῆς ὁρᾶν,
Ὦ μῆτερ, ἐστὶ μὴ πλέοντα μηδαμῶς;

& Sophocles apud Ciceronem in Epist. ad Atticum lib. II. quod Stobæus ex Tympanist.

Nam pharmacum ægræ mentis est oratio.
Sis herniosus oportet ipsum vsque ad caput.
Pellace quanto est blandior vulpecula.
Docto gubernatori nox metum parit.
Mons parturibat, deinde murem protulit.
Vendens, emens paßim, vir vt Phœnicius.
Emersit ex asinis equus tardigradus.
Vt optima simul omnia adfero tibi.
Vt expedit si plura habes cognomina.
Vt hoc meo negotium quadrat pedi.
Quàm facile fortunæ secundæ concidunt?
Spectare suaue est vndas maris è littore.
Memoria dulcis iam peracti incommodi.
Suauis laborum post salutem memoria est.
Nec pulsibus, nec labiis proieceris.
Non vt prior lædam, at laceßitus malo.
Vt ficus oculis imminens, sic ille erat.

PROVERBIA BINA ET TERNA IAMBICIS.

CVM Naucrati Nauson. Abydena illatio.
Agamemnonis putei. Manes bos sub iugum.
Agamemnonis conuiuium. Telum Achaicum.
Forum Lyceum. Calliæ pennæ cadunt.
Signum fori. Cæcutit hic oculo altero.
Agunt feruntq́; Auris rudis Bœotia.
Quæ non timenda metuis. Argiuos vides.
Quod est nefas quæris. Vir vnus haud vir est.
Est Thessalus fœdifragus. Antrum nauis subit.
Semper quis in Cydone. Animus in tergore.
AEgyptium præstas. Nutris seruus comam.
AEgyptius laterifer. Est homo Thales.
Oculis pudor inest. Silphium batti istud est.
Gryphus Bœotius. Domina hæc ipsa sit.
Caper machæram. Cuncta ne superes caue.
Capti sumus captando. Diræ Phocidis.
Acceßionis vice. Tacere turpe quid.
Diuinat in cribro. Sine igne sacrificat.
Nauiculam cape. Cyathum posces citus.

Exco-

panist. integrum profert:

Τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις ποτέ,
Τοῦ γῆς ἐπιψαύσαντ' ὑπὸ στέγῃ πυκνῇ
Πυκνᾶς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί;

Quam maiore animo voluptatē percipere queas, quàm terra potientem sub denso lecto imbrem crebrum audire, mente quieta & tranquilla? Illud addam ἐκ παρόδου, quia Lucretius in manibus est, paulò aliter à Lactantio legi lib. I. Diuinarum Institutionum, cap. 21. extremo:

O stultas hominum mentes, ô pectora cæca!

Paßim enim editur, *O miseras.*

937. Euripidis est Senarius, ex quo prior per παρῳδίαν cōformatus videtur. Tale illud Maronis ex Odyssea XII. I. Æneid. ver. 202.

O socij, neque enim ignari sumus antè malorum.

& mox:

– mœstumq́; timorem
Mittite; forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Homerus autem sic:

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ πω τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν.

& statim:

Ἐκφύγομεν, καί που τῶνδε μνήσεσθαι οἴω.

& rursum Odyss. ο. 398.

Κήδεσιν ἀλλήλων τερπώμεθα λευγαλέοισι,
Μνωομένω. μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ
Ὅς δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ, καὶ πολλ' ἐπαλήθῃ.

940. Aristophanis est in Ranis, pagina 270. D. Erasmus Chiliade II. Centuria VIII. Adagio 65. Ficus autem Græcis τὰ σῦκα, morbi genus est oculos lædens, vt ibi Scholiastes annotat, & Martialis Epigrammate quodam: quem morbum Græci συκάμινον nominant, quo de & Medicorum filij.

Ἀκονιτὶ νικᾷς. Καὶ πρὶν ἐσφάχθαι δέρεις.
Ἀκόλῳ τὰ χείλη βῦσον, οὐ σύκῳ. Μύτης.
Ἄκων μὲν ὁ Ζεὺς οἶδε. Συρβηνῆς χορός.
Ἀλεκτρυόνειος κοιλία. Δῆγμ᾽ ἀσπίδος.
Ἀλλᾶσιν ὕει. Τοῖς κακοῖσι τρεῖς κακά.
Ἄλλος βίος γ᾽ ἄλλη δίαιτα. Τρυγόβιοι.
Ἀλλοτρίαν ἄρουραν. Εἶτ᾽ ἐξηγοῦμαι.
Ἀλλότρια βάλλεις. Βάτραχος Σερίφιος.
Ἁλῶν μέδιμνος. Χλαῖναν ἐν θέρει τρίβεις.
Ἅμ᾽ ἔπος, ἅμ᾽ ἔργον. Ῥαχίας λαλίστερος.
Ἅμαξα τὸν βοῦν ἐκφέρει. Χύτραν τρέφεις.
Ἁμαξιαῖα. Δαφνίνη βακτηρία.
Ἄμμες ποτ᾽ ἦμες. Ἀπίδων πανδαισία.
Ἀμυσὶ πίνει. Μὴ κακούργει Μυσικῶς.
Ἀμφαξονεῖν. Αὐτός τε καὶ τὰ παιδία.
Ἀναπαριάζειν. Ἥπατος. Γυπὸς σκιά.
Ἀνέμοις γεωργεῖς. Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει.
Ἀνὴρ φλοιώδης. Κλιμακίζων τοὺς νόμους.
Ἄνθρωπος ἀβασάνιστος. Οὐράνιον ὅσον.
Ἄνοις ὁ μακρός. Ἴσα πόλεμος οὐ ποιεῖ.
Ἄπαγ᾽ εἰς Μακαρίαν ἐκποδών. Πυγὴ Κρόνου.
Ἅπαξ ἀλώπηξ εἰς πάγην. Ὑπόξυλος.
Ἅπας ἐχῖνος τραχύς. Αὐτολήκυθοι.
Ἀποδιοπομπεῖν. Οὐδ᾽ ἐλείφθη πυρφόρος.
Ἀρεοπαγίτης. Συμφορὰ Συβαριτική.
Ἄρης τύραννος. Χρυσίον Κολοφώνιον.
Ἀρχῆς κακῆς τέλος κακόν. Περὶ τὰς θύρας.
Ἀσκαρδαμυκτί. Σχινότρωξ. Καλλιππίδης.
Αὔλησις Ἀγαθώνειος. Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.
Αὐταῖς ἀμάλλαις. Οὐκ ἐπιγλωττήσομαι.
Αὐτοῖς ἀρέσκει. Δαιδάλου ἀγάλματα.
Βάλλειν ἀρότρῳ. Βοῒ λαγὼν κυνηγετεῖν.
Βαρύτερον Αἴτνας. Τὴν ἐμὴν κάμνεις νόσον.
Βὴξ ἀντὶ πορδῆς. Δεύτερον ἀμεινόνων.
Βίος λαγωοῦ. Ταντάλου κῆπον τρυγᾷς.
Βίου παλαιστή. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ.
Βομβυλίας ἄνθρωπος. Ἀργεία φορά.
Βορβοροτάραξις. Ἔξεχ᾽ ὦ φίλ᾽ ἥλιε.
Βόσκουσι φυγάδας ἐλπίδες. Νιόβη πάθη.
Βουνᾶς δικάζει. Μὴ λόγοις ἀντ᾽ ἀλφίτων.
Βοῦς ἕβδομος. Λάλει δὲ, καὶ μὴ θήγανε.
Βοῦς εἰς ἄμυντον. Ψηλαφᾶν ἐν τῷ σκότῳ.
Γαλῆ κροκωτόν. Ἄφθονοι Μουσῶν θύραι.
Γάλλοις τί τέμνεις; Κανθάρου σοφώτερος.

Γείτων

Excoriat ante necem. Absque puluere superas.
Os frustulo aut ficu obdito. O ineptior.
Scit Iuppiter, nolensq́; Syrbenæ chorus.
Habere gallorum exta. Morsus aspidis.
Lucanicis pluit. Malis ter sunt mala.
Alia diæta, vita & alia. Trygobij.
Alienum arare aruum. Excitatus posteà.
Aliena mittis. Rana fit Seriphia.
Modius salis. Tu æstate lænam deteris.
Vt dictum & actum est. Littore es loquacior.
Trahit bouem plaustrum. Amphoram nutris miser.
Hæc plaustra. Gesto lauream virgam manu.
Fortes fuimus olim. Dubia cena est nimis.
Haustu vnico bibere. Inquines ne Musicam.
Exorbitare. Ipsus suis cum liberis.
Parios refert. Est hepar. Vmbra vulturis.
Ventos aras. Stultus refert stultissima.
Vanus vir est. Leges malus præuerterit.
Inuulnerabilis vir est. Cælis adest.
Qui longior vecors. Iniqua Mars creat.
Aufer procul te in Macariam. Nates Croni.
Vulpes semel laqueum induit. Ieiunus est.
Spinis echinus horret. Hi lucent sibi.
Hîc expiare. Nec relictus ignifer.
Areopagita. Calamitas Sybaritica.
Mauors tyrannus. Aurum adest Colophonium.
Finis malus initij mali. Est ad ostium.
Fixè tuens. Lentiscum edens. Callipedes.
Cantus Agathonius. Bonorum glomus est.
Ipsis manipulis. Tibi non obloquar.
Ipsis placet. Sunt Dædali istæ imagines.
Ferito aratro. Persequi leporem boue.
Aetna graue est magis. Meo morbo iaces.
Melius secundo. Tussis est crepitus loco.
Vita leporis. Decerpis hortum Tantali.
Vitæ pusillum. Lydus in medio die.
Argiua sunt tributa. Bombylius homo.
Turbatio est cœni. O iubare sol nascere.
Spes exules fouet bona. Niobes mala.
Ne pro farina verba. Bunas iudicat.
Bos septimus. Loquere quidem, at ne tangito.
Bos messem adit. Tentas viam in caligine.
Feli crocoton. Candidæ Musis fores.
Secásne Gallos? Cantharo sapientior.

Γείτων Μυκόνιος. Μὴ πρὸς ἐμὲ τὰ ποικίλα.
Γέλως Μεγαρικός. Οὔ ποτ᾽ ἴσχεν ἡ θύρα.
Γέραιρε σαυτόν. Τρύβλιον Ξενοκράτους.
Γερόντιον συπεῖον. Οἰδίποδος ἀρά.
Γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας. Ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷς.
Γλυκὺ μέλι καὶ πνίξ. Ἀντὶ πέρκης σκορπίον.
Γραμμὴν ἐπ᾽ ἄκραν ἤκομεν. Καλὸς πίθων.
Γυμνότερος ὑπέρου. Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθῃ.
Γυναικὸς ὄλεθρος. Γυμνότερος Γαλέμου.
Δεινότερα πάσχει Σαμβίκου. Πλήρης πίθος.
Δεῖται σελίνων. Μικρὸν ὀβόλου τίμιον.
Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. Σφενδάμνινος.
Δερὸς σὲ θύλακον κλοπῆς. Εἰς ὀλβίαν.
Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς.
Δραχμῆς χάλαζα. Κανθάρου μελάντερος.
Ἔγνωκε δὴ θὴρ θῆρα. Πεττὸν ἀνατίθου.
Εἰς αὔριον σπουδαῖα. Βαθυκλέους κύλιξ.
Εἰς οὖς λέγειν. Ζήνωνος ἐγκρατέστερος.
Εἰς τὴν σελήνην Ἀκεσιλάου. Λὰξ πατεῖν.
Ἐκ γεύματος γνοίης ἄν. Ἀθύρωτον στόμα.
Ἐκ τῆς φαρέτρης ἡμέρα. Τὰ Καννάκου.
Ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα. Κουρήτων στόμα.
Ἐλέφαντος οὐδὲν διαφέρεις. Δούλων πόλις.
Ἕλκειν σκαπέρδαν. Ἐκ τριχὸς κρεμάμεθα.
